




BOISSARD, JEAN JACQUES
BRY, THEODOR DE [ILL.]

**Icones quinquaginta virorum
illustrium doctrina &
eruditione praestantium ad
vivum effectae.**

Cum eorum vitis descriptis 4. Pars

per Theodorum de Bry
Frankfurt
1599

books2ebooks – Millions of books just a mouse click away!



European libraries are hosting millions of books from the 15th to the 20th century. All these books have now become available as eBooks – just a mouse click away. Search the online catalogue of a library from the eBooks on Demand (EOD) network and order the book as an eBook from all over the world – 24 hours a day, 7 days a week. The book will be digitised and made accessible to you as an eBook. Pay online with a credit card of your choice and build up your personal digital library!

What is an EOD eBook?

An EOD eBook is a digitised book delivered in the form of a PDF file. In the advanced version, the file contains the image of the scanned original book as well as the automatically recognised full text. Of course marks, notations and other notes in the margins present in the original volume will also appear in this file.

How to order an EOD eBook?



Wherever you see this button, you can order eBooks directly from the online catalogue of a library. Just search the catalogue and select the book you need.

A user friendly interface will guide you through the ordering process. You will receive a confirmation e-mail and you will be able to track your order at your personal tracing site.

How to buy an EOD eBook?

Once the book has been digitised and is ready for downloading you will have several payment options. The most convenient option is to use your credit card and pay via a secure transaction mode. After your payment has been received, you will be able to download the eBook.

Standard EOD eBook – How to use

You receive one single file in the form of a PDF file. You can browse, print and build up your own collection in a convenient manner.

Print

Print out the whole book or only some pages.

Browse

Use the PDF reader and enjoy browsing and zooming with your standard day-to-day-software. There is no need to install other software.


Build up your own collection

The whole book is comprised in one file. Take the book with you on your portable device and build up your personal digital library.

Advanced EOD eBook - How to use

Search & Find

Print out the whole book or only some pages.



With the in-built search feature of your PDF reader, you can browse the book for individual words or part of a word.

Use the binocular symbol in the toolbar or the keyboard shortcut (Ctrl+F) to search for a certain word. "Habsburg" is being searched for in this example. The finding is highlighted.

Copy & Paste Text



Click on the “Select Tool” in the toolbar and select all the text you want to copy within the PDF file. Then open your word processor and paste the copied text there e.g. in Microsoft Word, click on the Edit menu or use the keyboard shortcut (Ctrl+V) in order to Paste the text into your document.

Copy & Paste Images



If you want to copy and paste an image, use the “Snapshot Tool” from the toolbar menu and paste the picture into the designated programme (e.g. word processor or an image processing programme).

Terms and Conditions

With the usage of the EOD service, you accept the Terms and Conditions. EOD provides access to digitized documents strictly for personal, non-commercial purposes.

Terms and Conditions in English: <http://books2ebooks.eu/odm/html/ubw/en/agb.html>

Terms and Conditions in German: <http://books2ebooks.eu/odm/html/ubw/de/agb.html>

More eBooks

More eBooks are available at <http://books2ebooks.eu>

Universitätsbibliothek Wien

I


231.994

A

Ex Libris
Gen. ac Clasissm. Ex Libris Magri Marini Wilfing, Senioris definitioris
prebuc, studiorum Regentis emeriti, & quondam iurati in universitate

Viensi Incolae Nationis Austriae primarii Procuratoris Consistorialis
Librorum Academico-Philgici Censoris ordinarii, nec non Comitiorum
Podium in re alma Conventualium Boni Aesacia apud nos Viena ad: S: Grecem
1782 sub ultima Augusti ritè inchoatore, etime dicitur Subsequens hib: Libris
diebus concorditer celebratorum legitime speciali ut deputato Profide Cap-
tulari, hoc senculo bono viso, cum Professorib: libraria pro nonnullis hujus
re: Convitis bibliotheca exigua decore ex largul: atque ciusdem caritate Pa-
lerma de suis cum gratiosa suorum alterorum superiorum diffissimorum licentia
prefer: plurimos adhuc alias varios q: omni ferme Classe s: bonos, et utilles
Auctores, in insigniores studiosos admodum solerter, videlicet Empyris adsum,
Sueq: hujus Chorissimi nativi Paternalis pauperculi V: Conventus
Tulnenis bonum usum in prebuc grata: sui maximi peccatoris ac
speciali hujus re: ab Info: Franc: ob fine annis vigilante salix solidi-
neos - dificate, satq: pm de suis pulchre in h: acta bibliotheca
Minoritice benefactoris hand exigui quotidi: ann: ad f: l: r: r: s: semper
Specialius deo h: im: faciendam memoria p: s: p: n: neglegit
in futurum emittendum, neq: m: u: g: u: m: oblit: andam







IV PARS

ICONVM VIROS VIRTUTE ATQVE
ERVDITIONE ILLVSTRES repræsen-
tantium, quorum alijs inter vivos esse
jam olim descerunt, alijs vero nunc quoq;
vitali lumine honorum et dignitatum
suarum perfruuntur gloria

Natalium corundem breuis & succincta notatio.
singulis Eiconibus adiuncta Distincta
item passim addita, opera & studio
In ære recessis scite facta & forūs data, per hæredes
Theodorij de Bry Leod. Franfordij ad Moenū.

ANNO

M D X C I X



c plures mias
Maior nullum felicioris humus: spiculae
quam longas omnes siccis aperte qualiter
quam firma fructu.





LECTORI SPECTATORIQUE, AMICO, CANDIDO, BENEVO- LO, PIO, S. P. D.



I H I L mortalibus optabilius, quām placere Deo immortali, atque iuuare mortales, tām qui nunc sunt, quām nascituros omnibus fæculis, & relinquere a liquid cum ē vita exceditur, quo non sine summa laude vixisse testatum fiat. Hoc animis suis reputātes tot illustres animæ, quorum hīc effigies damus, partim

in D E V M tanta pietate extite-

runt, partim tanta in homines beneficentia, atque meritorum industria, vt vixisse eos nunquam poenituerit, quin vt fama ipsorum immortalis omnem mortalitatis labem penitus illis abstenserit. Hinc D E o nunc quoque viuant genioque superstitione, atque studia quæ in terris prosequebantur vegeti, nunc etiam in beatorum sedibus repositi plene beateq; percoluntiu-

P R A E F A T I O.

uāntque, placentes D E o immortali, & mortalibus bene fieri
cupientes, omnique posteritati recte consultū, secundum illud
lud poētæ: *Quæ gratia currūm Amorūque fuit viuis ea cura sepultos*
Prosequitur, &c.

Hisce itaq; studiis illi veram ampliæq; nobilitatem adepti,
maxime quidem inter mortales clarent, adeo ut eorum Vitæ in
exemplum omnibus veniant, quoniam abi iis & studia literarū,
cultusque diuinus, atque res publica omni ope adiuta & exculta
fuerunt, si. n. vel ad extre mas orbis oras oculos conuertas, opus
aliquod egregium horum Minerua elabōratum videris, pacisq;
commoda & aucta & exornata intelliges. Vnde laurea illis æ
terna parta, laurea, inquam, & Ducum & Vatum ornāmētum:
Duces enim militiæ suæ maxime strenui, Vatesq; diuini exte
runt, extantque, donec grata posteritas eorum monumenta in
præsens deueneratur, deuenerabiturq; in venturum.

Viros itaq; hosce sapientia claros, iustitia cōspicuos, pietate
integritateq; præditos, totam Mundi machinam ita illustrare
videmus, ut si quando radios in posterorū mentes immisserint,
proh supreme Iupiter, quantus subito inde fulgor emicat! quæ
mētis effulgescit claritas! Hęc nos intuamur luminaria, horum
illustremur splendore atq; lumine, hęc mentis nostræ tenebri
cosos illuminent recessus, sitq; hinc, ex quo incādescat ingenii
noltri scintilla ad famæ inflammationem longe lateq; se popu
lariter spargentem.

Quis enim vetat opposito lumen de lumine sumi?

Scenam vero quam hic exhibemus, dædalam atq; omnium
omnino personarum esse cupimus, in quam omnium discipli
narum artifices producantur, ab aliis atq; aliis iam ante hinc in
de descripti, hinc Theologus, quod multa cū deuotione vene
retur, scrutetur, hinc Iurisconsultus, quod cōfide inter allegēt, re
quirat, hinc Medicus, quod dispēfare velit, sapiēter eligat: hinc
fit

P R A E F A T I O.

fit & Astronomo, ad quod tanquam Cynosuram sua dirigat, hinc quod imitetur Historicus, astruat. at nec diuinū Poëtarum genus silentio prætereo, hinc enim & illis erit œstrum citius, feliciusq; se in Deorum commercia afferent, quando Deus præfens pectora eorum concutit numine plena atque spiritu æthereo incandescentia. Vnde non immerito Poësis omnium disciplinarum consummatio erit, quæ Deos pariter, quæque homines afficit, quæque prodebet simul, similique delectare satagit in omnibus, de qua è liberius præ ceteris hic agere placuit, quod ea ceterarum omnium coronis sit, quodque plus delectationis atque perfectionis, immò diuinitatis in se contineat, quam quæque reliquarum, quod vel in vnico exemplo facile patebit, in fabula nimirum, quæ toto cœlo notissima ita à Galcotto explicatur: quæ Mulciberis dolis Martemque Veneremq; captos tenuit. Mars siquidē & Venus, indicio Solis: in adulterio retibus Vulcani deprehensi, atq; ab omnibus conspiciti, abstrusam Mathesin continent, atque ex intimis Mathesos penetralibus originem trahunt, adulterium enim publica poena plectitur, & adulterium facit Martis Venerisq; in Tauro. coiunctio, & hæc est illa ficta concatenatio: ex Tauro Venus in Leone mittit Antiscium, Leo est Solis domicilium & signum igneum, & hinc Solis indicium, & opera Vulcani, quæ retia fecerunt. Vulcanus enim ignem significat, ut coitus Martis & Veneris in Tauro, vbi Luna exaltatur, amantium complexum efficit, quem Poëta finixerunt, laqueus vero & retia sunt Veneris antiscia in signum igneum iacta, & huius adulterii index Sol, nam Leo calidus antiscio. Veneris inflamatus, simile enim simili additum facit furere, hoc adulterium publicauit, domus enim Solis, Leo, qui cum de trigono igneo sit, Vulcanum retia machinantem sub figmento continet, & hoc pacto totius malii causa in Solem reicitur, à domicilio enim eiusdem deprehendit.

P R A E F A T I O.

sio & publicatio adulterii manauerunt. Hisce & similibus fabulamentis antiquitas plurimum oblectata fuit, sunt enim res poeticae ut quedam picturæ, ut pictura poësis erit, &c. item pictoribus atque poëtis, &c. at ex rebus pictis & fictis sensa eligere, hoc est sapientis opus. atq; hæc fuit omnium disciplinarū consummatio, hoc scenam instructissimam producere, hoc mortalibus atque immortalibus prodesse atque placuisse, hoc cum summa laude sibi posterisq; vixisse, hoc deniq; est exemplum a liis relinquere, quo veluti Miltiadis trophæis excitetur Themistocles dormitans, quoq; excitentur studiosi, Musarū mque cultores, quibus vti placeamus ea in parte, hunc quoque quartum Iconum Tomum vltro volentes iisdem deferimus.

L A L

Ad

Ad Magnificum,

NOBILISSIMVM, STRE-
NVVM, CLARISSIMVMQVE HE-
ROEM, dn. IOAN. IAGEMAN in Hardegffen
& Göttingen/Reuerendissimi, Illustrissimi, potentissimique
Domini, dn. HENRICI IVLLI, postulati Episcopi Halber-
stadiensis, Ducis Brunsvic. & Lunæburgen. &c. CANCELLA-
RIVM amplissimum, ac Consiliarium intimum, l.C.

Dominum & Meccœnatem suum omni
cultu deuenerandum.

DEBEBAM FAGEMANNE tibi hoc, o No-
bilis HEROS,
Quod vita reliquum continet omne meæ.
Qui res infractas, & sortis paginam utrunque
Expertum, solido vis stabilire loco.
Jamque meos adeò victu tectoque receptas:
Hei mihi cur grata nullus ab arte ferar!
Id voluens, certa indicium debere fatebar
Mentis, & officij signa probanda mei.
Jamque animi fidens presentem rite libellum,
Optabam Genij symbolon esse boni.
Sed quia nec meritis bene responderet, & ipse
Per se nil præter-quam leuidense foret;

Ille

6
Ille quidem tenebras iaceat demersus in imas,
Splendida nec tanti viderit ora viri.
Forte mola falsa sed enim quia sepe litamus,
Lucida thuricremos cum negat ara focos.
His etiam o studiis iam nunc minus asper adesto,
Atque ipso dignum te quoque finge D E O.
Sic tibi perpetuo felicia sydera currant,,
Rebus & aspiret cœlitus auratus.
In te Magnanimi sic res & cura recumbat
Principis, à G V E L P H I S qui tulit omē auis.
Quo neque Germanas generosior exit in oras,
Fortior aut patriæ rebus adesse velit.
Sin minus : & pergis virtute accendere famam,,
Et merita officiis accumulare nouis.
Nos equidem ingratos coges periisse, sed ipsum
Te mage Magnificum, Munificumq; facis.

Ioan. Adamus Lonicerus,
alias Annæus Priuatus,
Ciuiis Francfordien.



A



JANVS DVZA DO-
minus à Nordouick.



AN I DV ZÆ Nordoui-
 cis Vitam huic Prosopo-
 graphiæ inserturi, multa
 præclara equidem, tum
 de tāti viri generosa pro-
 sapia, atq; virtutibus verè
 heroicis, tum de eruditio-
 ne præclara, atque ex-
 cellenti in re poëtica ex-
 ercitatione sese offerrent, si oratione nostra ni-
 mis sterili, vberrimā illius ingenij messem me-
 tere valeamus: ex viua vero iconē de eo cuius lib-
 erum potius iudicium relinquemus, quam
 aut parum sufficientia, aut parum pro dignitate
 faciētia afferamus. Celebrant eum monumen-
 ta sua nobilissima, inter quæ sunt, Notæ ad Sa-
 lustij Historiarum libros doctissime, & præcida-
 nea pro Q. Valerio Catulo; celebrant eum inge-
 niosissima politissimaq; carmina, quæ totis vo-

A 2 lumini-

luminibus edita ab ipso in publico prostant,
quibus & viuus sibi illustre decus comparuit,
nominisque sui celebrationem ad omnem po-
steritatem transmittet.

Vir & Heros omni memoria dignissimus tū
ex maiorum meritis , tum ex virtute propria,
quod doctissimus Arrias Montanus altius ani-
mo perpendens, suo quoque eloquio eum præ-
clare exornauit, quod tale est:

*Nobilis & genere est , & carmine Duza iocoſo
Moribus integris nobilis ille etiam.*

*Dispeream mihini semper placuitq; placebitq;
Ingenium purum, docta que Nobilitas.*

Quod elogium vel vnicum abunde nobis satis-
faciet. Quæ enim maior laus quam à laudato at-
que docto laudari celebrariq; homini contin-
gat superstiti?





A 3





FRANCISCVS MODIVS
Brugensis Nobilis I.C. & Poëta.

RANCISCVS MODIVS Brugis in Flandria natus & gene-
re & ingenio nobilis , minime
fortunæ bonis cōtentus fuit, sed
virtute atque eruditione præcla-
ra , inter summos literarum an-
tistites reponi meruit, iuuenis multa aduersa at-
que adeò vtranque fortunæ paginam expertus,
patronis tamen excellentibus usus, præcipue ve-
rò Neustettero, cuius in poëmatibus suis passim
honorificentissimam mentionem facit , miro
fortunæ genio euasit, Virtus enim & probitas
magnam sui admirationem etiam apud igno-
tos parit, propterq; virtutem & probitatem dili-
gimus eos, quos nunquam vidimus , siquidem
arctiora virtutis vincula sunt, quam sanguinis,
& omnis bonus bono proxime cognatus est
propter animorum similitudinem , ex qua sola
honestæ voluptates, sententiæ, actiones, omnif-
que

que recte viuendi ratio proficiscitur: in hac enim satis est ad bene viuendū, satis etiam ad beatē, satis vt fortiter viuamus, etiam vt magno animo, & quidem vt nulla re egeamus, semperque simus inquieti: vt nihil pœniteat, nihil desit, nihil obstet: ideoq; ipsa etiam sibimet est merces pulcherrima, ipsa abunde sui præmium est, quicunque demum euentus cōtingat: adeò vt vera laus veræ virtuti debeatur, eamque gloria tanquam vmbra necessariò sequatur: virtus enim omni culpa carens nihil præter se ipsam ad se pertinere censet, vnde recte Claudianus:

*Ipsa quidem Virtus præcium sibi, sola que late
Fortuna secura nitet, nec fascibus ullis
Erigitur, plausuue petit clarescere vulgi,
Nil opis externæ cupiens, nil indigalaudis:
Diuitiis animosa suis, immotaque cunctis,
Casibus, ex alta mortalia despicit arce.
Hanc tamen inuitam blande vestigat, & ultro
Ambit honor, docuit toties è rure profectus,
Lictor, & in mediis Consul quæ situs aratris.*

Hoc animo, hisce moribus Modius noster extra omnem fortunæ tumultuatis aleam cuectus

Ctus tantum in Musarum Virtutisque exercitiis
confirmatus præstítit, vt post funera etiamnum
superstes immortalis eius efflorescat gloria, nec
enim Modius hic, licet iuuenis immatura ad-
modum morte & quidē cœlebs præuentus car-
nis viam ingressus sit, omnis mortuus nobis e-
rit, viuit ille dum viuent monumenta illius no-
bilissima: testes vos adduco, tanti viri alumnos
reduces, te Flavi Vegeti Renate, tuosq; de re mi-
litari libros quatuor, te quoque S E X T I I V L I
Frontine, tuosque stratagematum libros toti-
dem: teque ò A E L I A N E instruendarum acie-
rum artificem, & quē primo loco positum vo-
lebam, te M O D E S T E vocabulorum rei mili-
taris magistrum, quos omnes quidem Modius
noster post Hermolai Barbari, Budæi & quo-
rumcunq; aliorum editiones diligenter aucto-
ratos recensitosq; conscripsit: taceo Notas non
aspersas, sed absteras subinde à V E G E T I O atq;
F R O N T I N O. Atque vt hisce denegetur fides v-
trunque Iuris Corpus, & tot Historicorum cla-
rissimorum emendatos libros appello: E R A S-
M V M N E V S T E T T E R V M Virum amplissimū
& splendidissimum, cognomento S T V R M E-

RVM Equitem Francum vltro mihi suffragari
vt cuius fides spectatissima sit, iam ante noram
cuius patrocinio Modius noster & se, & Poëma-
ta sua consecravit: at nisi mihi de eo plus satis
constitisset, ad Musas omnes ipsumque Apollin-
em prouocarem illico, at enim & has & illum
tibi fidem ô Lector fecisse, certo tibi persuaseris,
quotiescumque vel nudum Neustetteri nomen
tibi inauditum fuerit.



Nomini & fama quondam filiorum trahabar
nam uti nobiscum non secunda esset
Non deo et bono nunc ut sic multa gloria cum
Si licet nulli cognitis est: ultro.





Natio Augustia Vindel
An 1526.
Ob. + 6.3
Ae 77

Dum veterum hic revocat nummos, & Poenoris artes
Procurat, et Medicos ornat & Historicos



ADOLPHVS OCCO A. F. AN.
Augustanus Medicus.



V i Martis castra sequuntur, Imperatorum, Ducum, Chiliarcharum, Centurionum suorum nomina, facta & pericula enarrādo animos studiumq; militiae incēdere solent: at qui in Musarum castris stipendia faciunt, suos quoq; Duces, Præceptores, imò Apollines à grata memoria repertere gaudent, quæ res ad excitādos studiosorum animos haud aliter facit, quàm Miltiadis Trophæa, quæ Themistoclem dormientem excitant. Doctorum enim hominum Vitæ atque volumina scripta adeò studiosorum animos ad laudem & laborem inflammant, ut nocturna simul diurnaque operâ & ipsi ad idem eruditio-
nis, glorięque fastigium contendant, insistentes vestigiis Ducum suorum præuiis & neutiquam fallilibus. At tibi, ô Musarum miles fortissime, quantum erit Occonum familiæ eruditæ & cl-

rissimæ scripta atq; Vitas cognoscere. Tres enim Adolphos Occones Medicos nusquam interrupta linea habuit Augustana vrbs apud Vindelicos: Patrem videlicet, Filium & Nepotem, inter quos Adolphus Occo secundus huius nominis primus in Germania edidit NICOLAVM ALEXANDRINVM. At verò Adolphus Occo medicus Augustanus tertius, cuius tibi augustam faciem hic depictam apposuimus, transtulit Georgij Gemisti Plethonis explicationem de virtutibus, & locum de moribus Philosophorum ex Platonis Theæteto. Castigauit etiā Senecæ scripta, scripsit conclusiones triginta & vnam ad Quæstionem Numlues, quæ Pestis dicitur, necessario habeat adiunctam febrim pestilentem, vel putridam, vel hecticam, ita ut vel contenta cordis vel ipsius substantia putreat necessario. Item Consilium contra pestem cum aliis Augustanæ reip. medicis iuratis. Carmen in obitum Gesneri. Pharmacopœiam seu Medicamentarium pro rep. Augustana: cui accessere simplicia omnia officinis nostris visitata, & annotationes in eadem, & cōposita. Idem Imperatorum Romanorū numismata à Pompeio Magno ad Heraclium,

raclium, quibus superadditæ sunt inscriptiones
quædam veteres , arcus triumphales & alia ad
hanc rem necessaria collegit. Quæ tam præclara
opera cum in Doctorū manibus versentur pa-
sim, quis Occones hosce mortales genitos affir-
marit, qui licet è cōspectu nostro euaserint, per-
petuum tamen sibi, locum in memoria poste-
rorum compararunt, ita ut & nomina ipsorum,
& gesta, & labores exemplo Musarum cultori-
bus æque perseuerent, ac si etiamnum præsen-
tes in statione sua subsisterēt, Interim effigie hac
Occonis fruamur tertij, qui Augustæ natus Vin-
delicorum patre Adolpho Medico, & item auo
Adolpho eiusdem reipubl. Medico natus fuit
Anno 1524. Symbolum eius veræ pietatis argu-
mentum euidens tale legitur:

Sum tuus in vita, tua sunt mea funera Christe,
CHRISTE tibi viuam, Christe tibi moriar.





Non tantum petitur Sautero vita per herbas,
Vita sed Christi palmita salus, prima

*VVERNERVS SEVTTERVS
Iurium Doctor, Ciuis Augustanus.*

V A M recte faciat ij, qui nec maiorum titulis, neque tabulis, neq; insigniis contenti, neque opibus, honoribus aut voluptatibus detenti, ad veram laudē & immortalitatem propria virtute contendunt, euentus ipse declarat, quantumcunque enim diuitiis, honore, autoritate maiorumq; ceris quisquam polleat, tamen nisi virtute ornatus sit propria, quam miseram vitam viuat, exempla demonstrant, neque vero aliud voluit Socrates, Pythagoræ discipulus, Philosophiam de cœlo, id est, de stellarum orbiumque cœlestium, & aliarum rerum naturaliū speculatione, in priuatorum domos reuocans: physicam enim & alias artes minime negligebat, sed & elegantissime de iis differebat, easq; passim commedabat omnibus, sed tantum docuit bene & recte viuere, id quæ secundum naturalem rationem, quò vide-

C licet

licet summam illam felicitatē & beatitudinem
consequeremur; ostendit enim non diuitiis &
voluptatibus, sed sola virtute certissimam felici-
tatis possessionē acquiri: & certe reliqua omnia
cum virtute cōparata parum momenti habent
ad vitam bene instituendam. Quis est ergo qui
non splendorem eius & pulchritudinem admi-
retur, maxime cum hæc etiam in hoste posita
delectet, tantumque cæteris præstet rebus, vt di-
ci vix possit, quantum intersit, quæ Virtus quan-
to altius in animo radices egerit, tanto maiorem
eius admirationem in oculis hominum excitat,
suntq; illi etiā reliquis eo eminētiore atq; con-
spectiores, quo propius ad eam accesserint, neq;
exēplis longius petitis illud nunc declarabimus:
En VVERNERVS hic SEVTTER Iurium Do-
ctor & Ciuis Augustanus, quanto reliquos exit
dignior, à vel vnius huius patronę suę ductu au-
spicioque fidelissimo! quæ heroica viri grauitas!
in pectore! quæ veneranda in vultu autoritas!
quis animi candor, morumq; innocentia! quod
pietatis ardens studium! vnde haud immerito
de eodem Poëta ita cecinit:

Dat

V V E R N E R V S S E V T T E R A V G . 19

Dat Galenus opes, dat Iustinianus honores,
Sed tibi dant viuum Biblia sacra decus.

Is vero patriæ suæ sydus nasc. Augustæ Vindelicorum vrbe nobilissima anno 1532, quam virtutis suæ radiis coruscationeq; in tantum illustrauit, vti haud iniuria dubites, hæccine alumno suo, an vero ille nutrici suæ plus acceptum referat: quare vt hæc quoque Prosopographia ex ipso esset splendidior, esto nunc & idem dn. S E V T T E R V S quoque chori huius velut gemma & margarita nitidissima, sua virtute irradiias illuminansque totum hoc proscenium.

C 2





Laubius ut Medicos frondesceret inter & herbas
Nobilis frondentis nomen et artis habet.



*GEORGIVS LAVBIUS AV-
gustanus, Medicinae Doctor.*



*M N I B V S est aliis Medicus præ-
stantior unus, vt habet versus Ho-
mericus, quod equidē plurimo-
rum maximorumq; virorū testi-
monio longē lateq; cōprobatur,
at.n.cum Medicina nō circa salu-
bria solū, sed & circa venena verisetur, equidē &
amplissimum & sapientissimum omnium stu-
dium esse necesse est, siquidē medicare vel me-
dicari (quod vtrunque in usu est, teste Vergilio :
Semina vidi equidē multos medicare ferentes : &
senibus medicātur anhelis) aliud nihil est, quam
naturam rei immutare, vnde & colorare est, &
medicamen pro colore sumitur, atq; venenum
id esse dicimus, quod rei naturam immutat, te-
stimonio Iurisconsultorum, venenum ergo, &
medicina, siue medicamen eiusdē naturæ sunt,
& eodem, vt ita dicam passu ambulant ; Medi-
care igitur & venenare pariter salubria & perni-*

tiosa esse noscuntur, Varro ab Hannibale querit, cur biberit medicamentum, id est, venenum, sic Salustius venenum malū: Suetonius boletum medicatum dixit, vnde nobis medicina & venenum idem esto quod pharmacum, & quemadmodum color res variat & immutat fusca cum albis, lutea cum flauis commutās, sic medicina ex ægro sanum, ex fano ægrum cum lubet facit. Haud aliter viri sapiētes in rebus politicis pari vivuntur prouidentia, pariq; iudicio, variantes & ipsi humanas naturas, acerrimos enim reip. hostes in intimos conuertunt amicos: pacemque bellumq; pro tempore seminant. & Quid. 7. Metam. medicos moderatores rectissime dixit:

*Nec moderator adest, inq; ipsos saua medentes
Erumpit clades, obsuntque autoribus artes.*

Summam enim moderationem medicamenta desiderant, *Quid*, enim & *Quomodo*, medicum non efficit, sed *Quantum*, & *Quando*. Sic viri prudētes pro tempore tergiuersati occasionem expectant, & rerum pondera pensitantes citò, tutò, & iocunde curant quæ tria medicum consummatum reddunt. O amplissimū medicinæ studium! ô orbis vniuersi ornamentū! ô studio,

rum

diorum lumen, ò pacis tutamen, ò bellorum pacem inducentium sustentaculum! Medicina enim ab impetu inuidentis præmunit, aut iam grassantis morbi malitiam repellit. Poëtæ ista ad constellationem ista retulerunt, quando Iouem in Taurum versum Europam rapuisse fingunt, diuersa enim constellatione fit, vt medicus vel præseruando vel curādo procedat, Iupiter enim in Tauro Præseruantem Medicū efficit. Mars vero in Scorpione Curantem melius facit. Te igitur ò G E O R G I L A V B I hic cōpello, qui & numeros medicinæ impleueris omnes, qui que patriam tuam A V G V S T A M nobilem ita tuteris ne ægrotet amplius, neq; cum sanitati eam restituis, summam beneuolentiā, humanitatem sinceritatemq; illi subducis: faciendum enim tibi persuasisti. Vide quæso quam omnis in te patria tua oculos cōuerterit, ex quo ab anno Christi 1554. formosissimū illud mundi lumen suspicis, atq; donec in multam seramq; senectam ætatem tuam feliciter prouehis, omnem immortalitatis tuę spem in solius filij Dei vnigeniti meritis ita reponens, vt ipse in te, tuq; in ipso viuat in omnem æuternitatem, secundū elogium tuum

tuum vere sapiens, & piū pariterq; Christianissi-
mum, inquis enim:

*Mors mihi non mors est, quia Christi morte re-
demptus*

*Non morior: vita est mors tua, Christe, mihi
Id vt palam sit omnibus, patere, ô Vir clarissi-
me, Iconem, nunc hanc tuam, huic quoque
catalogo apponi; encomiū tuis virtutibus con-
ueniens scribent illi, quibus melior Apollo fau-
rit, atque vt cum poeta loquar:*

*Nunc te marmoreū pro tempore fecimus, attul-
Cum factura gregem suppleuerit, aureus esto.*





D



*CHRISTOPHORVS HARDE-
sianus, Iureconsultus.*

NE MO tam alienus est à gloria, ne-
mo tam auersus ab ea, cui nō iū-
cundissimum sit gratissimumq;
æternum laborum suorum præ-
conium mandari scriptis, omnes
namque laudis studio ducimur,
vt dixit ille, qui immodicam laudis & gloriæ cu-
piditatem nusquam dissimulauit: qui verò lau-
dis cōtemptores videri volunt, propè nouerunt
gloriam esse Crocodilum, id est, in eo ipso, dum
gloriam despiciūt, se se maxime prædicari; si qui-
dem secundum alterius dictum; nulla tanta hu-
militas est, quæ dulcedine gloriæ non tangatur;
quin imò quod vetus rithmus habet: *Contem-
ptor famæ nunquam laudabitur à me.* At sane
iaceret iam olim in tenebris quām plurimorum
virorum doctissimorum memoria, eximiis fa-
ne laudibus dignissima, nisi vel Vitæ ipsorum ab
aliis decantatae, vel scripta eorundem essent ab

aliis recommendata (*scire enim tuum nihil est, nisi te scire; hoc sciat alter*) & laus quæ ab alio proficiscitur longe verissima est iucundissimaque, quæ sæpe à minoribus etiam profecta delectat: quod fortassis ad eorum imitationem fieri putarim, qui vt vel Musicam addiscant ipsi, vel vt eius instrumenta manibus attrahent, adduci nullo modo possunt, laudant interim illi exercitij studi genus elegans, suæ tamen personæ & dignitati conuenire negant, honorificentiusque ducunt, inter lautiores epulas accumbendo crinitos istos Iopas aurata cythara personates aufcul-tare, quam si ipsi mensæ astantes modulamina conciniant. Idem animo reputantes nostro, minime dubitauimus huic Prosopographiæ inferre quoque C. L. V. dn. CHRISTOPHORVM HARDESIANVM I.C. & Syndicum dum viueret, inclytæ Norimbergensium Reip. honoratissimum, naucti enim effigiem eius ad viuum expressam, nobis ipsis ea in parte deesse noluimus, neq; hæc res scrupulum nobis peperit, nouimus quæ viri illius in rep. autoritas, nouimus quæ virtutum doctrinæq; eius eminentia, nouit omnis Germania nostra, quibus in remp. meritis immorta-

mortalitati nomen suum consecrari: atque ut cætera taceant, loquitur istud abunde *Responsum eius Iuris liber*, quo vix doctiorē, vix consultiorem reperias in eo genere.

Cæterum HARDESI A Ducatus Brunsuensis oppidū, ob viros inde oriundos eximios, nobile clarissimumq; HARDESIANO nostro patria est, in qua finita nobilium de Gladebeck/ familia, *Magnificus*, *Nobilis* atque *Strenuus* dn.
J o a n. I a g e m a n in Hardegsen & Göttingen
I.C. Reuerendissimi Illusterrissimiq; Ducis Guelphi dn.
H e n r. I v l i i Musagetis fortissimi potentissimique Cancellarius amplissimus, nunc residet. At verò te, ô HARDESI A, beatissimam, cui non Hercinia solum virentissima, sed & frondosum Cyrrhæ nemus & nemorosa Cynthi iuga inuideat plurimum, nunc enim nō ex te modo tot tātisq; illustraris luminibus, maxime
H e n r. illo P e t r e o tuo HARDESIANO
V.I.D. atq; Consiliario principali Guelfico consultissimo, nec non *Georgio Bartoldi Ostmanno* Illusterrissimi quondam Principis, ac Domini, Domini Erici Iunioris Ducis Bruns. & Lun. incly-

CHRIST. HARDESIAN.
tæ recordationis Consiliario ac Dicasterij Mun-
densis præside, tum hoc ipso, quem modo dixi-
mus, CHRISTOPHORO HARDESIANO
I.C. Clariſ. atque insuper optimi nominis præ-
claræque eruditionis Theologis ac Historicis
JOANNE SPANGENBERGIO & Io. LETZ-
NERO HARDESIANIS: Verūm, en ipso etiam
Domino CVRIALI nunc tuo, velut APOLLI-
NE præcæteris fortunatior emines; ipso, inquā,
Magnifico, Nobiliſ. & Strenuo, Clarissimoque
Viro, dn. JOANNE IAGEMAN in Hardegsen
& Göttingen/ Principali Brunouiensium Cäcel-
lario ac Consiliario intimo, I.C. &c. Sed enim re-
seruemus nos fatis interim melioribus, donec &
te, o fortunata HARDESDA, tuorumq; laudes
concelebremus plenius: hic saltem CHRISTO-
PHORO nostro, suum addamus Encomium,
quod illi suauissimus olor Francus multa cane-
bat cum dulcedine;

PAVLVS MELISSVS Schedius.
Leges Romulidūm cœlestia dogmata callens,
Antistes fidei Iustitiaque sacra.

HAR-

HARDESIANVS erat facie spectabilis ista,

Quem docili solers duxit in ære manus.

Nil reliqui natura sui scitiissima fecit,

Præter quod viuos hac sinit arte frui.

Post obitum species representatur, 

Quam prius hic tantum non propiore sumus.

Pectora quin nōdum defuncta linuntur amicis,

Sic fruimurlabiis HARDESIANE, tuis.

Et merito, ô quantus re ipsa es: cum spiret imago

Lumine Sulpitium, numine vina Numam!







CYRIACVS SPANGENBER-
gins Theologus.



No Christi 1528. patre IOANNE SPANGENBERGIO HARDESIANO, Viro erudite docto, bonique; nominis Theologo, natu-
tus est Northusiae Cyriacus Spä-
genbergius. Hic cum literarum
artiumque fundamenta iecisset in Schola Nort-
husana, & cum Præceptoribus tum parentibus
spem sui fecisset præclaram, vltiores ingenij
cultus capiendi causa missus est *Vittebergam*,
ea tunc Scholas per Germaniam famâ & cele-
britate cū *Philippi Melanchthonis*, tum *Martini Lutheri* superabat cæteras. Hic igitur ille
studiis liberalibus eam nauabat operam, vt inter
Philosophiæ candidatos complures locum con-
sequeretur primum. Renunciatus autem solen-
ni Academiarum ritu art. opt. *Magister*, vni de-
inceps Theologiæ totum se dedidit, quadrien-

nio toto auditor illius , quem modò diximus,
Martini Lutheri. Eo verò defuncto cū ad do-
cendas literas in Schola, mox ad doctrinæ cœle-
stis capita in Tēplis explicāda vocatus *Islebiām*,
perque triennium recta docendo, falsaque refel-
lendo munere suo probè perfunctus esset, de vo-
luntate generosorum Dominorum, *Comitum*,
Mansfeldiam concessit, Ecclesiæ ibidem tum
arcis, tum oppidi Decanus & Parochus. Vixit au-
tem inibi magnoque fuit in precio annis x x i i.
Porrò cum anno Christi 1548, post profligatos
fœderis Schmalkaldici Proceres, & captum *Jo-*
annem Fridericum Electorem Saffoniae, atque
promulgatū illud, quod etiamnum I N T E R I M
appellant, edictum C A R O L I V. institutamque
paulo ante Religionis mutationem, nihil hic à
Lutheri & confessionis Augustanæ professione
remittendum, neque Pontificiis quicquam ce-
dendum putaret, eorum qui *Interimistæ*, & *A-*
diaphoristæ, & *Maioristæ*, & *Synergistæ*, nec nō
Semipelagiani appellabantur, concitauit in se o-
dia, atq; à *Friderico Staphylo*, cæterisque Ponti-
ficiorum doctoribus, *rigidus Confessionista*, siue
Jlyri-

Illyricanus, à VVittebergensibus *Flacianus* vocabatur: sanè *Matthiam Flacium Illyricum*, etate illa & Interim istud, & eos qui VVitteberge idem atque Lipsiæ acceptare, rursumque Pontificis Romani iugum ceruicibus Lutheranorum inducere viderentur, publicè reprehendentem, coque nomine male passim audientem, opera consilioque cum nonnullis per Saffoniam inferiorem Theologis aliis *Cyriacus* hic plurimum confirmabat: ut verò præfatis antagonistis inuisus, & ob notatas eorum opiniones odiosus foret, à *Generosis* tamē dominis suis liberaliter inuitis illis, & clementer defensus est. Cæterūm cū (inter eosdē Generosos ipsius heros obortis disfidiis) in *Comitis Volradi*, cæterorumq; incliti olim bellatoris *Alberti* filiorum ac nepotū, nec non *Petri Ernesti*, &c. fide permaneret & quodam præterea fratrum suorum Islebiæ in *Matthiam Flacium*, corruptæ hominum naturæ vitium acutius docentem disputantemque acerbius inuectus publice culparet, in exilium profligatus, prænominatum herum suum, *Comitem Volradum*, rei militaris scientia, fideique

Christianæ confessione p̄stantem, & ipsum
exulem fideliter secutus est, eidemq; *Argentinæ*
demum decedenti adfuit, & funeris exequias,
vt ex *Joannis Sturmij V. Cl.* tum in publicum
edito programmate constat, pie cohonestauit.
Hinc *Schlitseam Buchoniam* ad docendam Eccle-
siam, vocatus est: verum defunctis paulò p̄st
nobilibus, & præcipue per *Hassiam* existimatio-
nis viris *Vuylhelmo à Schacht*, & *Joāne à Görlz*,
denuò in exilium actus, sub Principali *Illustriss.*
Landgrauij Guilhelmi Illustrissimæ memorie
patrocinio clementissimo tantisper *Vacha* du-
rauit, dum ab *Illustri & Inclito Mansfelden-*
sium Comite Ernesto, Joh. F. Alberti nepote,
Argentinam accersitus, eò tota se cum Biblio-
theca, p̄clarâ quidem illâ conferret. Eiusdem
igitur hic Domini sui clementi liberalitate, tum
in literarum sacrarum, tum in Historiarum stu-
dia omni adhuc cogitatione incumbit. Lucu-
brationes eius extât complures, inter quas emi-
nent Basileæ typis antehac Oporinianis editæ in
Biblia Sacra Tabulæ: & Epistolarum Pauli Apo-
stoli interpretationes: & enarrationes tum Ca-
te-

techismi, tum Psalmorum M. Lutheri. Rerum item Germanicarum, Sassonicarum præcipue & Mansfeldēsium annales siue Chronica haud vulgaria: & celebres de Nobilitate commentarij. Scripta præterea diuulgauit non pauca alia, præcipue de peccato Originali. Ut vero per Matthiam Flacium Illyricum, Sarcerium, Ireneum, Foch. Magdeburgium, VVolffium, Heldorfum, Treuerum, cæterosque litis eiusdem consortes, nihil in Ecclesiam noui inuehi, sed Germanam potius *Augustanae Confessionis*, & M. Lutheri, sui olim Praeceptoris, sententiam defendi etiamnū contendat, non ita tamen suorum multis adhuc persuadet; Bellarmino quidē & Pontificiis Theologis aliis hac in parte astipulantibus, & etiamnum in Lutheranorum pertinaciorū seriem ipsum referentibus. Eie&ti eiusdē Mansfeldiā Historiam præter alias Schererus, nō paruæ apud pontificios autoritatis Scriptor, recensuit contra Osiandrum. Sed vt scriptorum eius specialiorem aliquam tabulam habeamus, quædam enumerabimus, quæ non minus Lectori scitu erunt grata. Scripsit autem prætersu-

pra enumeratas lucubrationes *Admonitionem ad omnes Germanos milites landis & honesti studiosos*, addita est consideratio vaticinij Danielis 12.cap. *& admonitio ut in delectu militum Papistico non dent nomina.* sunt præterea eius opera hæc: Historia de Vita, Vocatione, Ministerio ecclæsiastico & morte Ioachimi VWestphali. Instructio quomodo infantes Deo offerri debeant, & vt eorum exemplo corā Deo ambulandum sit, loco funebris concionis in obitu Reinharti Comitis Mansfeldensis adhuc paruuli. Præfatio in Germanicum Psalmorū & aliarum Ecclæsiasticarum cantionum librum. Præfatio alia itidem in librum Andreæ Langij Cythara Lutheri, Psalmi, & Cantiones sacrę Martini Lutheri explicatæ concionibus aliquot. Concio qua Germanos ad pœnitentiam exhortatur. Explicatio priorum octo capitum Epistolæ Pauli ad Romanos. Conciones de tota vita Christiana. Responsio ad mendacia quæ sparguntur vulgo, quod Diabolum creatorem faciat. Preces afflætæ Ecclesiæ contra falsos doctores ex Psalmis collectæ germanice. Conciones 18.de D. Luthe-ro ha-

ro habitæ quibus eius laudes prædicantur, pleræque ex his separatim editæ sunt Germanicè. Responfio ad Iudicium Theologorum VVitterbergensium & Lipsensium, de peccato originali latine & germanicè. Speculum matrimoniale. Conciones 70. nuptiales, quibus quicquid utiliter de matrimonio dici potest, continetur. Cytharæ Lutheri pars tertia & quarta complectens capita Catechismi cantionibus exposita. Conciones septem de prouidentia Dei & æterna electione. Earundem Concionum plenior explicatio. Præfatio in librum Iodoci Hockerij de excommunicatione Germanice. Cōcio eiusdem de peccato & remissione peccatorū. Item Confessio de quibusdam fidei articulis, contra falsas Theologorum protestantium accusationes. Refutatio lenis accusationis concionatorum Islebiæ, in qua Mansfeldicos Manichæis cōparant. Pollicitatio, adiecta breui confessionis de Originali peccato repetitione: Historia de initio, fundatione aliisque rebus cœnobij Mansfeldensis, adiunctis duabus Orationibus funebribus. Ad Institutionem Iacobi Andreæ, de peccato Originali Responsio. Pœnitentia Dauidis, exemplum.

emplum veræ & salutiferæ patientiæ regis Dauidis ex Psalmo 51. De colloquio Lindauico inter Iacobum Andreæ, & Tobiam Ruppium anno 1575. Responsio ad Islebienses Theologos, ex qua causæ & acta plurima controuersiæ de peccato originali intelliguntur. Historia *Manichæorum*, de furiosæ & pestiferæ huius sectæ origine, & propagatione, doctoribus, discipulis & propagatoribus, eorumque actis & scriptis, vanitate, & inconstantia, ex Ecclesiasticis historiis & patrum scriptis collecta. Idem Psalterium Dauidis, cæterasque cantiones sacras, veteris & noui Testamēti, & plures sanctorum Eucharisticas sententias Musicis numeris & vocibus accommodauit, germanice in octauo Francforti, Anno 1582. Ad 18. supra indicatas Conciones de Lutherio accessit 19. & 20. sermo de eodem anno 1583. edidit librum germanicum hoc titulo: Aduersus nouos glossatores, & inuertentes verba Christi in Cœna, hoc est corpus meum quod pro vobis traditur. Haec tenus quidem commemorata in publicum abierūt, quæ apud ipsum verò adhuc latent plurima vtilissima, dies ipsa in medium producit, quando id vel authori, vel aliis eius patronis aut hæredib. olim cōmodum videbitur.



F



*MARTINVS CHEMNITIVS
Marchita, Theologus Brunsvic.*

MARTINVS CHEMNITIVS natu-
tus est BRITZÆ, veteri *Marchia*
oppido, FIDELI cognomina-
to, anno 1522. parentibus hone-
stis, patre lanificio victum quæ-
ritante. In iuuentute varias diffi-
cultates & studiorum impedimenta ob rei fami-
iliaris angustiam expertus. Primis literarum ru-
dimentis in Schola patria positis, artium & lin-
guarum fundamenta *Magdeburgi* iecit: Philo-
sophiæ studia *Fräcfordiæ ad Oderam* sub agna-
to suo dn. GEORGIO SABINO, & VVitteber-
gæ sub dn. PHILIPPO præceptoribus, & hic
præter cætera Mathesin quoque addidicit. Inde
dn. Sabinum *Regiomontium Borussiæ* inse-
cutus Scholæ oppidanæ ibidē præpositus gradu M A-
G I S T E R I I in prima eius Academiæ promotio-
ne ornatus est. Postea Bibliothecæ Principis in-

structissimæ præfectus Theologiæ studio totū
se dedit: Duci Borussiæ ob studium Astrologiæ
sanioris, & singularē quandam in eo studiorum
genere dexteritatem, & *πρεσβυτεριαν* præcipue carus,
eoque nomine etiam à Marchione Brand. Jo-
anne in honore habitus. Isthinc VVittebergam
denuò reuersus, dn. Philippi conuictu vsus fuit,
à quo publica locorum cōmunium prælectio-
ne ipsi demādatā, sub primordia istius prælecti-
onis Brunsuigam à Senatu eius loci vocatus cō-
migravit: cui laudatissimæ Ecclesiæ continuos
triginta annos primò Coadiutor, deinde Super-
intendens (quo tempore gradu D O C T O R I S
Rostochij decoratus est) præfuit, summaq; tum
fide, tum laude & Concionibus & Lectionibus
publicis inferuiit. Cum interim opera eius à
rege Daniae Friderico, Electoribus, Palatino Lu-
douico, Saxone Augusto, & Brandenburgico
Ioh. Georgio; Principibus, Ioanne Marchione
Brand. Alberto Borussiaco, & Julio Brunsuicen-
si, Ordinibus Evangelicis Austriae, aliisque cele-
bribus Rebus p. expetita fuisset. Consiliis ipsius
in negociis Ecclesiasticis vñi sunt Elect. Brand.
Jo.

Io. Georgius: Duces Brunsvicenses & Luneburgenses, Iulius & Guilhelmus. Labores pro afferenda contra aduersarios Orthodoxa veritate infinitos exantlauit, Philosophus summus, & Theologus profundissimus, neque veritatis bonarumque artium studio, neque laude officij facile cuiquam secundus. Tandem laborum mole fractus, viribusque corporis exhaustis, anno dn. octuagesimo sexto: octauo Aprilis die, Ætatis anno, sexagesimo tertio completo, in constanti eius doctrinæ, quam viuus voce & scriptis professus fuerat, confessione carnis viam ingressus, animam suam Christo commendauit, in eoq; pie & placide *Brunsvigæ* obdormiuit: ingenij, erudititionis, iudicij & moderationis laude, apud ipsos etiam aduersarios sibi parta, nominisque memoria ex editis monumentis in toto Christiano orbe immortali relictâ. Scripsit multos sanè præclaros de religione libros, quos inter præcipuus est ille Examinis Decretorum Concilij Tridentini toto orbe terrarū celebratus, complectens explicationem præcipuorum locorum differentiæ Christianæ: extat eiusdem explicatio de duabus naturis in Christo, deque hypostati-

ca earum vnione, de communicatione idiomatum, qua ea quæ vnius naturæ propria sunt, tribuuntur personæ in concreto, quomodo utræque natura in Christo agat cum communicatiōne alterius & quid humana natura in Christo præter Physica idiomata, ex hypostatica cum diuinitate vnione acceperit, &c. ex scripturæ sententiis, & ex purioris antiquitatis testimoniiis collecta. Extat eiusdem liber contra Catechismum Heidelbergensem: Fundamenta item sanæ doctrinæ de vera & essentiali præsentia, exhibitione & sumptuōne corporis & sanguinis Domini in Cœna. itē Forma examinis siue enchiridion de præcipuis doctrinæ cœlestis capitibus germanice ab eo cōscripta, & in latinam linguam conuersa per Ioannem Zangerum, edidit & librum de peccato originis cōtra Manichæos, Concionem itē de Baptismo germanice excusam Henricopoli, decorauit eum hoc Elogio

G E O R G I V S C A L A M I N V S .

*Magnum terra virū , magni post fata Lutheri,
Si quem felici Teutonis orbe tulit.*

Certe

Certe CHEMNITIUS fuit is: monumentalibus,
Hercule vel dignus quod labor ille probat:

Impia dum Latiae decreta examinat Hydrae:
Fœta Tridentino qua parit illa solo.

Enthea sydere iutans Ciura Senatus,

Pugnando Christi pro grege victor ouat.

Et bene habet: monstrum vires quodcunque re-
sumat,

Pestis Chemnitium vincere nulla potest.

Ecquis erit semper MARTINVS in arma para-
tus?

Alcidensque dabunt scula quaque suum.

M A R T I N V S B A R E M I V S F.
hoc illi anagramma lusit:

M A R T I N V S C H E M N I T I V S , S A -
cræ Theologæ Doctor, Ecclesiae Brunsvi-
censis Superintendens
avaypamualinwō.

Bulla inopes veri: duce Christo scanditur athenas
Tersimus: agnosces, mens nisi caca nocet.

A N -

ANDREAS TRICESIVS NOBILis Polonus Epitaphium faciebat, Plocensi in opido Masouiae ad Vistulam, die x x x Iunij, anno Christi m. d. lxxii.

M N H M O Σ Y N O N .

ORNATISSIMI ACRI IUDICIO, ERVditione solida, & multis præclaris virtutibus sacræ Theologiæ Doctoris, dn. MARTINI CHEMNITII Marchitæ, Pentapolis Brunsuigæ Superintenden-
tis integerrimi.

MARTIus huic animus, diuino & Flamine pleNVS,
CHRisti propugnat qui dogmata, debet inesse:
EMendatque sacris inuectos eius abusus.
NImirum in vitâ, supremâ luce, futurâ
CIues sicut Solfulgebit hic inter Olympi,
VS que in perpetuum, DANIEL testatur ut, ænum.

SYMBOLVM VERO DN. MARTINI
CHEMNITII quod viuus sibi adagij loco usur-
pauit, idem Epitaphij vice Manibus inscri-
ptum est, mutatis mutandis,
tale:

Quod viuo (vixi) in carne: viuo (vixi) in fi-
de Filij DEI, qui dilexit me, & tradidit semet-
ipsum pro me. Gal. 2. vers. 20.

XI

49



G





*GEORGIVS PRINCEPS
Anhaltinus, Ascania Comes, Pra-
positus Magdeburgensis.*

 E O R G I V S D E I Gratia, ex illu-
strissimorum Germaniae princi-
pum familia antiquissimæ nobil-
itatis prognatus, patrem habuit
*Ernestum, Principem Anhali-
num, Comitem Ascanie, Bern-
burgi & Seruestæ Dominum, matrem Monster-
bergensem*, natus est anno 1507. Princeps omni-
bus & animi & corporis dotibus egregiè orna-
tus : prima sua studiorum rudimenta feliciter
VVittebergæ posuit, rarissimo à multis sæculis
exemplo Sacrosanctæ Theologiæ se totum ad-
dixit ; vnde Ecclesiæ *Magdeburgensis & Misnen-*
sis *Præpositus* electus fuit , perfunctus munere
pariter Principis & Pastoris optimi, laude sum-
ma atque autoritate prope modum diuina, quo
videlicet felices illius subditi haberent, quem &

in terris dominum agnoscerēt, & in cœlum præ-
euntem ducem sequerentur, singulari exemplo
omnium virtutū sanctissimarum hominibus
sui ordinis in medium proposito, quin & publi-
cis ingenij præstantis & sanctæ operæ monu-
mentis apud posteros relictis quamplurimis.
Obiit felicissima morte, completo anno ætatis
46. 15. Kl. Nou. anno 1553. Encomia illi scripta à
clarissimis Germaniæ Poëtis & ingeniis; inter
cætera & hæc leguntur:

PILIPPI MELANCHTH.

*A scaniæ stirpis Virtus est clara triumphis,
Ordine quos numerant sœcula longa patrum.
C asarin Adriacum gesuit littore bellum,
Et fregit Venetas Maximilianus opes:
D ux erat Ascaniæ natus de stirpe Rodulphus:
Fixit is in Veneto multa trophyæ solo.
N unc ad maiorū decora hæc laus magna Georgi
Accedit verè principe digna viro.
Q uod sic doctrinam reliquis virtutibus addis
Ut verum celebres pectore Gore D E V M.*

Et

Et Christi illustres ingentia munera scriptis:

Justifica supplex quæ capis ipse fide.

Exemplq; Esdræ, populum dum iure gubernas,

Doctrinæ spargis semina pura simul.

Summe D E V S, solus qui das felicia regna,

Ascanios fratres, te precor ipse, regas.

Scripsit Orationem consolatoriā de dicto Christi, Nemo rapiet oues meas ex manibus meis, in synodo diocesana Mersbergensi recitauit. item Concionem Epithalamij loco habitam Torgæ in nuptiis illustrissimi Augusti ducis Saxoniae.

¶ Annae Danici regis filia anno 1548. die 8. Octobr. Conciones quatuor de vtraque specie Sacramenti, in quibus grauissimis argumentis aduersariorum obiecta diluuntur & refutantur. Consolationem ad VV Wolfgangum fratrem in morbo. Conciones duas de falsis prophetis, & vero vsu doctrinæ Christianæ, in quibus errores Mersbergensis Episcopi Sidonij refellit. Eiusdem Conciones & scripta omnia, cōplete tentia summam veræ doctrine, quæ traditur in Ecclesiis repurgatis è germanico in latinū sermonem conuersa, & vtilibus scriptis ante non editis aucta,

prodierunt VVittebergæ in fol. Eiusdem tractatus de ritu Apostolico ordinationis vſitatæ in Ecclesiis purioribus additus est ad Cōfessionem Augstanam: Sententiæ verò eiusdem de controuersiis articulis editæ sunt opera & studio Selnecceri.

I O A N N E S L A V T E R.
B A C H I V S.

*Clarus Anhaltina de stirpe Georgius heros,
Cui nulla è Ducibus ſacra tulere parem.
Hebræo doctus, doctus sermone Pelago
Ausonioq; fuit totius orbis amor.
Non modò purgata iam relligione, salubre
Agnouit ſectans mente ſalutis iter.
Defendit scriptis quoque coram Cæſare magnō,
Nec veram metuit voce docere fidem, &c.*





Hanover was named after the Duke
Frederick before he became King of Hanover



Hebraeos inter diuina oracula professos
Forsterus palmam laudis & arte habet.



JOANNES FORSTERVS
Theologus Hebraeus.

JOANNES FORSTERVS vsu-
ram lucis primūm *Augustæ Vin-*
delicorum cepit, anno 1495. Ado-
lescens multas Germaniq; Acade-
mias perlustrauit, deditus præci-
puè studio linguarum, quæ in
Scholis maximè docētur, cum ergo tūm in lin-
guis, tūm sacris literis egregie pfecisset, S. Theo-
logiæ Doctor *VVittebergæ* fuit renunciatus, in
qua Academiâ deinde Linguæ Sanctæ Professor
habitus est longe doctissimus: eam Lexico edito
plurimum illustrauit & amplificauit. Tandem
Postquam Christianæ reipublicæ multis annis
fidelem operam nauasset, immoritur iisdem sta-
diis, quibus dum vixerat, contentus inhæserat.
Obiit autem *VVittebergæ* anno Domini 1556,
xii. Decembr. Ætatis L x i. Scripsit sanè, ut di-
ximus, nouum & absolutum Hebraicæ linguæ

H Dictio-

Dictionarium, non ex Rabinorum commentatiis, sed ex ipsis thesauris Bibliorum, & accurata eorundem locorum collatione de proptam, cum phrasibus scripturæ veteris & noui Testamenti diligenter annotatis, quod excusum est Basileæ in folio.



XI

65



H 2



In medio felix pelago jam Danio nidos
Te duci constituit pro grec Christigenu

*JOANNES BVGENHAGIVS
Pomeranus Ecclesiæ VVitteberg.
Pastor.*

JOANNES BVGENHAGIVS
nascitur anno 1485. *Iulini in Po-
meraniā*, posuit prima studiorū
suorum fundamenta *Gryphis-
vvaldia* in Academiā, & factus
est Literator iuuentutis *Treptæ*,
deinde adiunctus collegio Presbyterorum Le-
ctionibus sacrīs & popularibus concionibus o-
peram dedit. Demum Christianismo per L-
THERVM instaurato VVittebergam euocatur
anno 1521. vbi summus Ecclesiæ Pastor, & Aca-
demiae Professor constituitur. Qua in statione
ille totos annos 38. summa fide & diligentia con-
stantissimè perseuerauit; ab omni prorsus alienus
ambitione & avaritiā, cum ad splēdidos Pō-
tificatus suscipiēdos à summis Regibus & Prin-

cipibus s̄epius inuitaretur; pr̄estabat autem fidelem suam operam interim plerisque Ecclesiis Septentrionalibus pie recteq; constituendis, videlicet *Daniae, Pomeraniae & Saxonie*, tanquam Legatus DEI, & Euangelista sanctissimus. Tandem relictā sui memorī beatā, obiit placide *VVittebergae* annū agens vitæ septuagesimum tertium, 20. Aprilis die; Anno Christi 1548. Scripsit interpretationē in librum Psalmorum. Psalterium Dauidis & integros locos sacræ scripturæ, ex omnibus prophetis cum quibusdam aliis piis canticis latine conuertit. Annotationes fecit in Epistolas Pauli, ad Ephesios, Philippenses, Colossenses, vtranque ad Thessalonicenses, ad Timotheum, vtranque ad Titum, Philemonem & Hebraeos. Publicam confessionem ex Christi institutione, de Sacramento corporis & sanguinis Christi, qua suæ fidei de Cœna domini reddit rationem. Contra nouum errorem de Sacramento corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi Epistolam, quæ eadē germanice expressa est *VVittebergæ*. Epistolam ad fideles in Anglia. Annotationes in Deuteronomion; in Samuel Prophetā, id est, duos libros Regum. Historiam

riam passi Christi & glorificati , ex euangelicis conciliatam cum annotationibus ; eadem germanice edita est VVittebergæ. Scripsit etiam expositiones in Ionam Prophetam. Extat eiusdem Epistola Christiana, ad generosissimam matronam *Annam ducissam Stetinensem*, germanice.

EVM MELANCHTHON SE-
quenti ornauit Encomio :

Coniugis ut senio confecti corpus aquatum,

Ipsa suis humeris Halcyo grata gerit.

Sic bene promeritum Doctorem Ecclesiacuret,

Et leuet etatis pondera dura seni;

Sic tua canities Doctor Pomerane fidesque

Sincere est cunctis iam veneranda piis.

Qui procul externis sparsisti fidus in oris

Pura Euangeli semina voce tua.

Accet Baptistes agnum monstrare solebat,

A Eterno Christum de genitore satum.

Tu quoq; iustifica docuisti agnoscere Christum,

A Eternique patris sumere dona, fide.

Fictiliumq; alias formastua lingua D E O R V M,

Euertit, Papa quas voluere coli.

Et

*Et velut in scopulis celsos locat Halcyo nidos,
 Hyberni circum quos fremit unda maris:
 Sic medio in pelago felix iam Dania nidos
 Extruxit Christo, te fabricante, pios.
 Te Deus hos inter texit, iuuitque labores.
 Nunc vita functus viuis in arce poli.*

Eundem anonymous scite descripsit
 hisce iambicis:

*Si sic docendo flexiles
 Mouere mentes quiueris,
 Lenti ut solent curuescere
 Dumi (id sonat vis nominis)
 Tum laude maior qualibet
 Sis iure habendus omnibus.*



XII

5



I





VITVS DITERICHVS
Theologus Norimbergens.

PATRIA VITI DITERICHI
fuit Norimberga Germaniæ
vrbs longe clarissima. is verò
VVittebergensis Academiæ ve-
tus.alumnus, Philosophiæ pari-
ter & Theologiae studiū ibidem
amplexus est, in Philosophia *Magister*, in Theo-
logia, si non nomen, at omentamen *Doctoris*
clarissimi diuino numine assecutus est, quod
suis partim, partim Doctoris sui, M.Lutheri, ceu
iudicis & approbatoris dignissimi commenta-
riis sacræ scripturæ in publicum editis satis eui-
denter contestatus est. Ob id ergò Norimber-
gam reuocatus & ministerio Euanglico prēpo-
sus est in æde Sebaldinâ. *Ratishbonæ* in Comi-
tiis anno 1546, adhibitus fuit colloquio docto-
rum virorum de religionis cōtrouersia. Vir ma-
gna vi eloquentiæ & vitæ sanctimonia prædi-
tus, tan-

tus, tandem obiit in patria feliciter anno 1549.
26. Martij die. Collegit & diuulgauit commen-
taria Martini Lutheri in Micheam Prophetam,
& annotationes in ii. caput Genesij (quibus &
præfationem apposuit) cum aliis coadiuuanti-
bus. Extant eiusdem annotationes quæ com-
mentarij vice esse possunt, in Psalterium Daui-
dis carmine redditum per Eobanum Hessum.
Oratio quæ de studio linguarum in Academia
VVittebergenfi ab eo pronunciata est, habetur
impressa cum declamationibus Philippi Me-
lanchthonis. Scripsit breues annotationes in to-
ta Biblia germanica. Explicationem aliquot sen-
tentiarum consolatoriарum ex D. Joan. Fecit ex-
positionem germanicam in Esaiam. Annotationes
compendiarias in nouum Testamentum.
Plures tractatus germanica lingua edidit, de qui-
bus sequentes adscribemus. Liber de officiis Pa-
storum, quem vulgo Agenda Pastorii nuncupat.
Explicatio Psalmi 9. qui affert consolationem
moribundis. Expositio Psalmi 20. aduersus Tur-
cas. Institutio Christianæ doctrinæ & vitæ. Sen-
tentiae consolatoriæ aduersus stimulos consci-
entiæ. Tractatus quomodo se gerere debeat
Christia-

Christianus tempore persecutionis. Institutio de modo orandi. Homiliae in verba Simeonis, de præparatione ad mortem. Elegans est Elogium quod *Philippo Melanchthonem* authore tulit, hisce versibus:

Effigiem Viti pictura hæc monstrat inanem.

Conueniens nomen cui Theodorus erat.

Clara pios dedit huic urbs Noricaberga parentes,

Addidit ingenio sed sua dona DEVs.

Jpsius mores casti & sine labore fuerunt:

Justifica coluit te quoque Christe fide.

Sparsit & in patriâ constanter robore mentis

Pura Euangelijs semina voce piâ.

Ingenij monumenta sui sed plura Lutheri

Edidit: his poterunt seclafutura frui.

EST ET CLARISSIMI DN. REVSNERI carmen in eundem elegantissimum quod

sequitur; in quo de se ipso ita lo-

quitur Vitus:

Multum qui scribit, multum quoq; viuere terris

Creditur, hinc atas scriptitat illa nimis.

Pauca e quidem scripsi, sed vita commoda sancta,

Per me commodius Biblia quisque leget.

Per me Euangely fit lectio clarior, agris

Per me pectoribus certa medela venit.

Sat scripsi, sat ego vixi quoque: nempe professus,

Dum vixi, Patriæ calica verba mea.

Quod superest Christo super æthere viuo beatus,

Quem colui: felix viuere Vita D E o.



EST ET CLVRISMI D RYSEN

BRUNNEN IN DROGELDORF

DRUCKER UND VERLEGER VON

CHRISTIANUS PETER VON

BRUNNEN







*JOANNES PFEFFINGERVS
S. Theol. D.*

A V A R V s fuit natione I O A N-
N E S P F E F F I N G E R V s , natus
anno 1494. Vir spectatæ tum e-
ruditionis tum probitatis & in-
signis Theologus , totus à prima
ætate promouendæ Christi glo-
riæ addictus . is repudiata superstitione Papistica ,
multo ardentius agnitam veritatem amplexus
fuit : sacrarū literarum *Doctor* preclarus erat , &
Lipsensis Ecclesiae Pastor , & Antistes verus ac ve-
nerandus . Fatis tandem cōcessit anno Christia-
no 1573. Ætatis anno 80.3. Non. Ianuarij. Scripsit
de gradibus & vocatione ministrorum in Eccle-
sia D E I , conclusiones ad disputandum propo-
fitas . Item de cap.5. Machabei conclusiones cum
confessione doctrinæ & fidei . idem libellum ger-
manicum edidit de adiaphoris , & alium contra
dolos & fraudes , quibus diuinā veritatem qui-
dam labefactare conantur . Præterea librum con-

K sola-

solationum desumptarum ex verbo DEI. Item Concionem in funere *Iusti Menij*. Eiusdem Methodica enarratio vniuersae Historie Iesu Christi, additis formis precum, emendata ab authore, paulo ante suum ex hac vita exitum, & per Ioannem Salmutensem edita est germanice. Ornauit eum Bersmānus Poëta insigni elogio quod subiiciemus;

*Qui Pfeffingeri similes in imagine vultus
Aspicis, hospes, & hæc perlege scripta memor.
Bauariae dedit hunc tellus in luminis auras,
Quem vita functum Lipsia condit humo.
Dicere lōga mora est per quot discrimina rerum
Hunc exercuerit demonis ira trucis.
Finibus extorrem patriæ pressumque suorum,
Inuidiâ, atque odiis turba profana tuis.
Dum venale Papæ cœlum, missamque perosus,
Mauult esse tui portio Christegregis.
Cui se doctrinæ studio, sanctoque labore
Atque operæ curâ consiliique fide,
Addixit, moderansq; scholas & templa gubernâs.
Haud grauis imperij fulmine, pacis amans.*

Testis

Testis erit iuueni vita sine labore peracta,

Leucoris, & seclif fama, Luthere, tui.

Ettu religionis apex, diuine Melanchthon,

Et tu qui clarum de Cruce nomen habes.

Postq; hos consilij consors, sociusq; laborum,

Tu quoq; adhuc nostra spes Ioachime, schola.

Orba sui luget Pastoris Lipsia fatum:

Amissumque gemit Misnidos ora patrem.

Salve sancte senex, decus o venerabile morum,

Salve cœlestum consociate choris.

ORNAVIT EVNDEM PETRVS

LOSSIVS sequenti carmine:

Eximum patriæ decus & pia fama suorum,

Jlle ego sum populi Lipsia clara tui.

Qui verbis potui mollire adamantina corda,

Soluere qui curis tristitiaque graues.

Exemplum fueram morū & pietatis honestum,

Id quoque nunc culta posteritate probo.

Inuide dic de me nunc quidlibet, ipse ego iunctus

Nunc Christo longè sum meliore loco.





JOANNES DRACONITES

Theologus.

JOANNES DRACONITES natione *Francus*, patria *Caroloſtadius*, primum ætatis suæ tempus in studiis literarum & doctrinæ *Erphordia* cōſumpsit, & eodem in loco honores scholasticos ad-
eptus, ibidem eas aliquandiu publice & priuatim cum laude docuit. deinde *VVittebergæ* ſacro-
ſanctæ Theologiæ *Doctor* renūciatus fuit. Hinc
Marpurgi, & inde *Rostochij* ſacras literas pro-
fessus, tandem *Sambiensis Ecclesia* p̄ſes conſtituitur. Verū *VVittebergam* regreſſus, Biblio-
rum opus quintuplex animo agitatbat ad instar
illius *Origenis* operæ veterum monumentis ce-
lebratae, vt & alterius recentioris *Complutensi*.
Cuius ſpecimē in medio reliquit ſanè egregium
& posteris admirādum. Tandem inter hostam
pios & sanctos conatus vir optimus & doctiſſi-

mus, ac in primis linguae Hebreæ, Chaldeæ, Græcæ, Latinæ, præter vernaculam peritissimus è vita euocatur, ac *VVitteberga* magno reipubl. & Ecclesiæ detrimēto obiit maior Septuagenario anno sal. 1566. 18. Aprilis, quod elegantissime Eobanus in sequenti carmine expressit:

*Postquam est aperta & explicata veritas
Per scripta Christiana, per verbum DEI,
Ut ipsius velè media plebe infimi
Mysteriorum conscij, nil ambigant:
Quin constet antichristidos regnum scholæ
Venisse in ista & perdidisse tempora:
Quidni fateamur Antichristum impium,
Exterminandum Christianis omnibus,
Ac persequendum Christianis omnibus,
Constante veritate, scripturâ, fide;
Ne pergit ultra Christianos fallere
Tyrannica crudelitate & fraudibus.
Si forte queris illius potentiam,
Autoritate qua sit ad verbum DEI,
Quod ipse deprauarit improbissime,
Et plura eodem scripta pertinentia:*

Hac

*Hac cerne scripta quaæ Draconites tibi,
Sed scripta pauca, at erudita condidit:
Quæ Christianæ veritatis maximam
Partem scopumque persequendum continent.*

Transtulit aliquot sacros veteres Testamenti libros ex Hebræo, & succinctis commentariis eos explicauit, ex quibus hæc sunt: Commentarius in Psalmos aliquot & capitula Geneseos de Christi regno: Psalterium ex Hebræo versum cum scholiis seorsim adiunctis, Commentarius in Daniellem ex Hebræo versum, cum oratione & indice. In Psalmum 112. enarrationes. Sunt & germanice quedam eius nomine edita, quorum hic nulla mentio. Commentaria Euangeliorum de Iesu Christo filio Dei libri duo, quorum primo continentur Euangelia ab Aduentu usq; ad Ascensionem, altero ab ascensione usque ad adventum, quibus adiectus est Catechismus. Idem scripsit commentaria in Obadiam & Psalmum 137. Item commentaria in Ioëlem. In diuersos Prophetas interpretationes. Amos Prophetam ex Hebræo in Latinum conuertit. Edidit etiam *Orationes funebres in obitum Eobani; in obitum Gerardi Nouiomagi: in obitum Doct. Nicolai*

Ma-

Magni: in obitum Doct. Martini Lutheri. In obitum Elisabethæ Blanconemias. Item Orationem in peste super illud Iob 19. Scio quod redemptor &c. De Catechismo super Euāgelium Marci 10. De Euangelico concionatore: De officio Principis & concionatoris: De victoria principis super Psalmum 149. De Christiana fide super verbum Dei fundata, ad Bremenses. Defensionem coniugij sacerdotalis ex scripturis. Defensionem concionatorum Euangelicorum ad Colonienses. De numeris Oratoriis librum. Carminum librum. Postilla per annum 1545. Subiecit textui Hebreo Proverbiorum Salomonis quatuor aliarum linguarum versiones & annotationes, idem in aliquot Prophetas præsttit. De eodem Nigidius ita canit:

*Hic Draco per celebris doctrina fama trilinguis,
Saluifici verbi buccina clara fuit.*

*Nurrit hunc iuuenem præstans Erphordia pri-
mū*

Leucoram cupide transtulit inde scholam.

*Amplexus magni solidissima scripta Lutheri,
Dotibus & captus clare Philippe tuis.*

Sincere

Sincere docuit diuinī oracula verbi,

Doctrinæ rectæ consona vita fuit.

Præsidiiis verò linguarum adiutus hic idem,

Sustinuit Psalmos explicuisse sacros.

In nostro docuit bis senos impiger annos,

Post alium cœpit querere sponte locum.

Rostochium vidit, mox post ea tempora factus

Regis montanae portio iusta schole

Hinc VVittebergam rediens sua fata subiuit,

A Etate in sera floridus ipse senex.

L







JOANNES BRENTIVS

Theologus.

JOANNES BRENTIVS natus est
Vieilla oppido imperiali in Sue-
nia, anno 1499. Primę laureę insi-
gnia suscepit anno ætatis sue xv.
Secundæ x viii. idque Heidel-
bergæ, vbi diuinæ & humanas li-
teras magno cum applausu professus est. Anno
deinde 22. constituitur Ecclesiastes Halæ Sueno-
rum, ipse simul Religionis reformatæ autor o-
ptimus maximus cum M. Lutherο & Ph. Me-
lanchthonē, non sine maximo vitæ fortunarum-
que discrimine. Dehinc T ubingam euocatur au-
spiciis Huldrichi Ducis Vuirtebergensis, vbi A-
cademię Commissarium & Ecclesię Antistitem
agit. Tandem Studgardia Christophori Ducis
vocatu Pastor & Præpositus Ecclesiæ verè Apo-
stolicus constituitur, fungiturque eo munere ad
Vitæ usque finem summa cum religione, fide,

prudentia, dexteritate, industria, vigilantia, atq[ue] maximo cū vniuersæ reipubl. Christianæ commodo. is Colloquiis religioni componendę Imperij adhibitus, *Augusta, Haganoë, VVormatia, Ratisbona, Tridenti, & Commētariis* in Biblia vniuersa Exegeticis, aliis præterea scriptis Dogmaticis clarissimus obdormiuit in domino, anno 1570. ætatis 71. M. II. D. 17. 20. Septembris. Scripsit libellum casuum quorundam matrimonialium, cui præfatus est D. M. Lutherus. Item Cōmentarium in Exodus Moysis. Commentarium in Leuiticum. Commentaria in librum Job. In Amos Prophetam. in Ecclesiasten Germanicè, quod deinde ab alio latinitate donatum est. In Epistolam Pauli ad Philemonem & in Historiam Ester commentariolum. In Euangelia secundum Lucam homilias. in Ioannis Euangelion exegesin. In Acta Apostolorum Homilias. Explicationem Psalmi Davidis 94. Deus vltionum & 130. De profundis. Commentarium in Esaiam Prophetam. Idem conscripsit Syntagma eorum, quæ nomine illustrissimi Principis VVirtebergensis per legatos eius acta sunt in Cōcilio Tridentino. Libellum de administranda republ.

publ. & obediētia subditorum. Libellum de pœna Anabaptistarum. Præterea conscripsit Commentarios in libros Iosuæ, Iudicum, Ruth, duos Samuelis. In Oseam, in epistolas Pauli ad Galatas, Philippenses, Colossenses, in Epistolam Pauli ad Romanos commentariorum libros tres. In Psalmorum Decades vndeclim. Conciones germanicas duas, de Peste vnam, alteram de Grandine. Syngamma de cœna Domini contra Ioannem Oecolampadium. Contra Petrum Aso-
tum. Catechismum. Postillam. De personali v-
nione duarum naturarum in Christo, & ascensu
Christi in coelum, & sessionem eius ad dexteram
Dei patris. Sententiam de libello Bullingeri cui
titulus est Tractatio verborum Domini, in do-
mo patris mei mansiones multæ sunt. de Maie-
state Domini nostri Iesu Christi ad dexteram Dei
patris & de vera præsentia corporis & sanguinis
eius in cœna contra Petrum Martyrem, & Hen-
ricum Bullingerum. Recognitionem Propheti-
cæ & Apostolicę doctrinæ de vera maiestate do-
mini nostri Iesu Christi, ad dextram DEI patris
sui omnipotentis, in quo scripto refutatur Hen-
rici Bullingeri liber, cui titulum fecit fundamen-

tum firmum cui tuto fidelis qui quis inniti potest: Testamentum editum Latine & Germanice. Omnia eius opera aliquot tomis simul excusa sunt in folio. Eiusdem vetus sententia de Cœna Domini, quam inseruit exegesi in Ioannis Euangelium, edita est aliquoties. Hunc decorauit insigni elogio:

IOANNES LAVTER-
BACHIVS.

*In restauranda socius pietate Lutheri
Brentius, Ausonij magnaruina Papæ.
Talis erat facie senij confectus ab aeo:
Quam prius abriperet mortis amara manus.
Consilij multum conuentus iuuit honestos,
Quos habuit sanæ relligionis amor.
Colloquiis præsens interfuit omnibus, idem
Immensa auxit relligionis opes.
Vera quod Europa floret doctrina per oras,
Quæ celebrat Christum relligiosa fide.
Non paruas isti grato fert pectore partes,
Plurima pro cuius nomine duratulit.*

Equi-

E quibus insidias fugiens odiumque Potentum
Diuina tectus liber abiuit ope,
*U*rbis Alexandri Doctor velut obuius hostem
Effugit, Nili cum peragraret aquas.
*O*rgana Doctrinae Christi quod in orbe furores
Hostiles superant, cura benigna DEI est.







*ERASMVS SAR CERIVS
Theologus.*

ERASMVS SAR CERIVS ANNÆ MONTII, quæ vna est ex Misniæ ciuitatibus metalliferis, natus, anno 1500. liberaliū artium & virtutis sapientiæque studiis probe excultus fuit, in primis sacrarum literarum sciētia claruit, sacris siquidem literis VVittebergæ egregiè nauauit operā quas non solùm concionando cum magno pietatis zelo, sed & scribendo propagare atque illustrare pro virili conatus est maximè. Primò *Lipsiæ* Ecclesiastes, ac deinde *Nassouia* Comitatus Pastor & antistes fidelissimus fuit. Tandem optimè de Ecclesia meritus, & multis ingenij sui monumentis haud vulgaribus piæ posteritati relictis obiit *Magdeburgi* anno salutis 1559. Mensis Novembbris die 28. ætatis anno 69. Scripsit Dialecticam, Rheticam, Commentarios in Iesum Syrach. Expositiones in Epistolas Dominicales, ac

M

festi-

festiuales ad Methodi formam ferè absolutas. In
quatuor Euangelistas iusta scholia, ad perpetuæ
textus cohærentiæ filum. Scholia in acta Apo-
stolica, quæ Commentaria fusissima possint esse.
In Epistolam ad Romanos, ad Galatas, Ephesios,
Philippenses scholia. Methodos in præcipuos scri-
pturæ diuinæ locos, ad nuda didactici generis
præcepta in Theologorum usum compositas.
Dialogum reddentem rationem veterum syno-
dorum, cum generalium tūm prouincialium:
item visitationum & nuper habitę Synodi & vi-
sitationis pro pastoribus comitatus Nassouien-
sis sub D. Guilhelmo Comite, simulq; explican-
tem eiusdē visitationis acta, quæ cognita etiam
aliis regionibus multū vtilitatis afferre possunt.
De cōfensu veræ Ecclesiæ & Sanctorum patrum,
in primis autem D. Augustini super præcipuis
Christianæ religionis articulis. Conciones de si-
gnis & causis, quibus Germaniæ, nisi se ad poenitentiam
cōuertat, mala plurima portenduntur.
Sermones de poenitentia, De modo reuocandæ
disciplinæ. De Conciliis & Synodis. De visitatio-
ne parochiarum. De officio Magistratus & sub-
ditorum, De iustitia quæ coram Deo est, & bo-
nis

nis operibus. Liber de cauendis veterum Papistarum crassis, & nouorum Sophistarum infidiosis erroribus. Scripsit scholia in omnes fere veteris & noui Testamenti libros. Libellum etiam de cruce conscripsit, in quo plurimas causas recenset, quare Deus piis crucem immittat, impressum cum præfatione Philippi Melanchthonis. Congessit in vnum librum veterum & recentiorum sententias de coniugio & diuortio, qui liber impressus est germanice. Fecit Dictionarium Scholasticæ doctrinæ. Corpus Iuris matrimonialis; libellum de fraterna reconciliatione Germanice, Consolatorium scriptum de suis liberis, ad Christianum comitem germanicè. De cognitione Veritatis germanice. De passione & morte nostri Saluatoris. Eiusdem doctrina Christiana Euangelij & pontifica, quatenus vtraque verbo Dei & patrum sententiis sit munita, cum refutatione doctrinæ falsæ publice typis mandata prodiit. Hunc Lauterbachius Poëta sequēti carmine eleganter describit:

*Qui geris à sancto, Sarceri, nomen amore,
Non equidem frustra nomen, Erasmus, habes*

Religionis honos, artes vitaque decorum,
 Radices ut agant spe meliore suas,
 Das operam sancto mentem percussus amore:
 Dum calamo, viuâ dum sacra voce colis.
 Ingenij calamo quæ non monumenta relinquis?
 Ut sarta, ut maneat gloria tecta DEI?
 Quæ non suggesto facundus ab ore Pericles,
 Quæ decet ut faciat munia quisque doces?
 Religionis honos, artes, vitaque decorum,
 Ut Christo, fructu diuite, regna parent.



93

KAI



M 3





*GEORGIVS VOLCKMARVS
SS. Theol. D. & Professor VVitte-
berga.*



*CIRE tuum nihil est, nisi te scire;
hoc sciat alter, inquit Horatius.
at ut constet, doctos scientesque
viros patriam & rem pub. pro vi-
ribus iuuare, & iuuasse olim dum
viuerent, facit Historiarum cogni-
tio, scriptorumq; industria, quae sola beatitudo
iure dici potest, vnde scire vere beatum efficit: e-
contra vero omnis malus, aut ignorans est, aut
impotens. animus enim tum beatus est, cum o-
mnium optima & prestantissima intelligit. Cum
que Deum optimum & prestantissimum omnium,
maiestatis immensa, potentiae infinitae, omnia
in se continentem, in quo praeteritorum, presen-
tium, futurorum exemplaria relucent, animus no-
ster atque intellectus apprehendit, tum beatus est,
tunc gaudio solido impletur, tunc veram & im-
mutabilem beatitudinem possidet, & merito:
Deus*

Deus enim est summum bonū: sed prout quiqs
viri sapientissimi & disciplinarum fonte exculti
crediderunt, ita erunt & sapientiores, & quod
consequens est, beatores, capacioresque felicita-
tis æternæ, vnde illud dictum est, *fulgebunt iusti*
sicut stellæ, & intelligentes sicut firmamentum,
quanto autem totum parte præstantius sit, qui
non videt cæcus est, & hac in re sicuti in luce cō-
tingit, clarissimam enim lucem non omnes
qua portione arripiunt, namque qui hebetioris
sunt visus, minus claritatis accipiunt, quām qui
acutiore lumine perfruuntur, & huc tendere il-
lud Euangelicum videtur, *in domo patris mei*
multæ mansiones sunt, non enim omnes beati,
cum plene contenti sint, & quam beatitudinem
possident, quoniam ea vt quisque capax est par-
ticipat, vt in conuiuiis videmus, esculentorum
capaciori ventre qui est, plus illo vorauit, qui an-
gusto ventre compactus est, & tamen yterque
ad saturitatem usque repletus est, neque amplius
optat. quæ sane satis hic in loco attingimus in
contumeliam ignorantiae, quæ sapientiae, id est
Palladis hostem se profitetur, cuius quidem Pal-
ladis & amatrix & pedissequa est sciētia, sola bea-
tum

tum efficiens. Vnde *Cicero* omnibus qui rem pub. iuuuerint, auxerint, defenderint certum & definitum locum in coelo esse, vbi beati semper terno ævo perfruantur, econtrario vastatoribus conturbatoribusque reipub. in inferno locum tribuit *Vergilius*. Hæc ergo quæ narrauimus fidem certissimam nobis faciunt, Reuerendo & claro Viro *Georgio Volckmaro SS. Theologiae Doctori ac eiusdē Professori in Academia Vuitebergensi publico* beatorum sedem in cœlo paratam; hoc autem nulla certitudine sed coniecturis assequi possumus, ipse namque pius, eruditus, & scientia pollens pios scientesque omnes coluit, ornauitque, pro rep. desudauit strenue, atque verbum Dei omnis scientiæ fontem, in prata amoënißima atque viridaria florentissima deriuauit; sed hæc & alia quæ tantus vir egit, ad exaltationem patriæ, ad reipubl. emolumenta, ad conciuium ornamenta, ad salutem studiosæ iuuentutis, ad scholæ, ecclesiæq; decorem, ad communem denique utilitatem direxit, nullus in eo fastus, nullum superbiæ vestigium, nulla arrogantiæ scintilla vnquam apparuit, vnde præclare in eius effigiem & grata ita lusit:

98 GEORG. VOLCKM. TH. D.
SAM. ROSEN LON SAXO.

*Sic vultus, sic oratulit Volckmarus, ut ista
Peniculo artificis picta papyrus habet.
Quanta viro fuerit lingua & facundia, quantâ
Sensa sacri eruerit dexteritate Libri,
AEedita Leucore & testantur Palladis arte
Pulpita, & excelsa grandis honos Cathedra.*



99



N 2

100





GEORGIVS VVIRTHIVS
*Medicus Archiater Ludouici Regis
 Hungariae & Bohemiae.*



EORGIVS VVIRTHIVS nascitur in *Silesia* oppido *Leoberga*, Anno Christi 1470. Prima studiorum tyrocinia in patriâ faciēs deinde plurimis optimisque artibus extra eam per varias Academias animum suum induit. Anno 1509. *Lipsiae* primum *Magisterij* titulos tulit. Deinde *Bononiae* amplissimo *Doctoris Titulo in Medicina* decoratus est anno 1515. Cum verò per *Liburniam* ex *Italia* cogitaret in patriam redire, præter spem ac votū prouinciae illius Medicus, quasi diuinitus, delegatus fuit. Quin & paulo post inclyto *Ludouico Bohemiae & Pannoniae Regi* designatur *Archiatus*. Quo munere splēdidissimo cum laudē & dignitate perfunctus, ab eodem Rege *Budisnae Lusatiorum* constituitur *DECANVS*,

singulis videlicet meriti ergò. Obiit demum feliciter Gorlicij anno 1524. ætatis anno 54. die 9. Martij, relictis ocij sui literarij Symbolis in omnē æuum perduraturis. Ioannes Riuius sequenti Eloquio eundem descriptis:

*Magnus ut ingenio, sic clarus honore Magistri
 Egregij primum iura locumque capit,
 Hic ubi Musarum sedem Philyraeus Elister
 Alluit & rapidus Lipsidos arua premit.
 Post hinc digrediens Italasque profectus ad oras
 Per medicas artes sedulus ire parat.
 Felsina Doctoris meritâ ornatumque coronâ
 Ad patrios iussit lata redire Lares,
 Hoc titulo fulgens agitare inglorius artem,
 Noluit ingenij conscius ipse sibi.
 Tum Regi iuueni Ludouico sceptrâ Bohemo
 Qui tenuit præstò est Pannoniaque simul.
 Ergo salutifera medicamina porrigit artis:
 Et reliquis fausta præstitit ille manu.
 Felix ô hæres ex fratre Georgius artis
 Cui parilis simul, & nominis altera deßt.
 Extat annotationes PETRI VVIRTHII Lambergi*

bergi longè doctissimæ, quibus Chelyn illā Dauidicam Psalmorum ita illustrauit, ut vel copiofissimis aliorum cōmentariis anteferri mereantur, quod opus à fratre, ni fallor Romæ Canonicō se hæreditario accepisse testatur.







JACOBVS MILICHIUS
Medicus Doctor.

JACOBVS MILICHIUS natus est *Friburgi in Brisgoia*, anno 1501. vir & morum suauitate, & literarum eximia eruditione clarissimus, Mathematumque imprimis & Philosophiae vniuersae studiosissimus, id quod abunde contestantur elegantissima ipsius commentaria in secundum *Plinij Librum de Mundi historia*. Fuit autem Medicinae Doctor ac Professor publicus in Universitate VVittebergensi, homo singulari erga D E V M pietate, præstantique erga homines humilitate. Tandem vitæ suæ fine fecit in eadem Academia apoplecticus, anno salut. M. D. L I X. x. Nouembr. Commentarios in secundum Plinij librum de historia mundi recognitos edidit, adiecta in fine Oratione de dignitate Astrologiæ ab ipso dicta, in promotione Magistrorum. fecit

O ora-

orationem de vita Galeni insertam Declamationibus Philippi Melanchthonis. aliam etiam de vtilitate Dialectices. item aliam de Cordis partibus & motibus. item *Quæstionem vtrum potus intra sitim cōtinendus sit, an verò corpus largius irrigandum.* Hisce sanè monumentis exquisitissimis & communi hominum saluti, & rei literariæ commoditati, simulq; propriæ famæ non minisque celebrationi atque immortalitati ita consultum fecit, vt iure dubitetur, vtrum præclaris ingenij dotibus, an verò ipsa naturæ bonitate plus de humano genere promeruerit, at nec in eo tam præclaras virtutes indictas præterierunt nobilissimi Germaniæ Poëtæ, inter quos & fons & Apollo nostri sæculi Poëtarum ita canit:

PHILIPPVS MELANCHTH.

Jnuida Milichium rapuerunt fata Iacobum:

Qui sibi, quique aliis viuere dignus erat.

Cui pater ipse suas artes donauit Apollo:

Natura & gremio nutriit alma suo.

Ille vias cœli, cœloque errantia nōrat

Sydera, quasque habeant illa vel illa vices.

Adde

JACOBVS MILICHIUS. 107

Adde potestates herbarum, usumq; medendi,

Scriptaque solerti tot monumenta manu:

Hic herbae vestras decuisset promere vires,

Quando alios vestras saepe leuauit ope.

Sed noua cum tellus quondam noua germina
fundet,

Et noua cum cælum prouehet astra nouum.

Tum nouus exuuiis decorat a carne resumptis

Milichius, prisca dum videt artis opes.

Multa super flores, et cæli signa loquetur,

Abramo faciens mutua verba patri.

Nunc ver purpureum, felici spiret in urna,

Frondeat ut pictis semper amœna rosis.

I O S E P H V S à P I N V.

Autorem genitum post omnipotentis Olympi

Addita dena annis secla fuere nouem,

Phæbus et hic centum bis quinaq; lustra peregit,

Milichius vitam clausit in orbe suam.

Fluxerat ipsius decies ubi quintus ab ortu,

In cursu bis iam quartus et annus erat.





*JOANNES GVINTERIVS
Andernacus Medicus.*

JOANNES GVINTERIVS
Andernacus, Andernaci Ubiorum, vrbe celebri natus anno 1487. in primis annis Dauentriae, ac Marpurgi in literis versatus est cum ingenio felici nec sine industria singulari: deinde Goslariæ Scholæ moderator factus, & mox Louanijs Græcæ Lingue Professor fuit. postea Medicinæ studio se Lutetia Parisiorum tradidit totum, familiaris summus Guihelmi Budæi & Lascaris Graci: conuertit ibi medicos Græcos ac præsertim Galenum in latinum sermonem, vnde Francisci I. Regis Gallie, & Io. Bellaij Cardinalis liberalitate summa Medicinæ Doctor & Medicus Regius salutatus, Anatomes corporis humani autor atque instaurator fuit. Interim à Rege Dania perbeni-

gne expetitus, atq; à *Ferdinando Cesare Augusto* singularis meriti ergò nobilitatus est. Pòst tumultu Gallico ob Religionem moto, primum vrbe *Mediomatricum* & deinceps *Argentinae* Medicinam exercuit: simulq; in eadem Academia Professor publicus *Aristotele & Demosthenem* interpretatus fuit. Tandem de republica literaria optime meritus obiit feliciter *Argentinae* anno Christi 1574. 4. Octobr. Vertit autē è Græco de Anatomicis administrationibus libros nouem. De constitutione artis Medicæ. De Theria-
ca ad Pisonem. De pulsibus ad Medicinæ candidatos. Introductionem seu Medicum. De sectis ad Medicinæ candidatos. De præsagiis ex info-
mniis. Hippocratis librum de victus ratione pri-
uatorum cum Galeni commentario. Polybij de
victus ratione libellum. De semine Galeni lib. 2.
adiectis castigationibus Græci exemplaris. De
facultatum naturalium substantia. Quod animi
mores corporis temperaturam sequantur. De-
lementis. De propriorum animi cuiusque affe-
ctuum agnitione & remedio. De optima corpo-
ris humani constitutione. De bono corporis ha-
bitu. De plenitudine. de atra bile. De tumoribus

præter naturam. In librum Hippocratis de natura hominis commentaria duo. De Antidotis libros 2. præfationem in Methodum medendi Galeni ad Glauconem , seorsim Græcè Parisiis excusam , vbi conqueritur de Medicinæ veteris interitu. Pauli Æginetæ libros sex, qui summam rei medicæ complectuntur ex nouissima translatione ipsius commentariis etiam illustrati excusi sunt Argentinæ. Anatomicarum institutionum secundum Galeni sententiam ad candidatos medicinæ lib. 4. impressi Basileæ, cū opusculo Georgij Vallæ de partibus humani corporis, qui deinde recogniti & aucti per Andream Vesaliū Venetiis impressi. De Viētus & Medicinæ ratione cum alio, tum pestilentiae tempore obseruanda idem trāstulit Galeni librum de totius morbi temporibus. Scripsit etiam de medicina veteri & noua tum cognoscenda, tum facienda Commentarios duos. item de Balneis & aquis medicatis Dialogos tres. De peste. De Compositione medicamentorum & vsu eorundem. De humorum præparatione. Commentaria Oribasij in Hippocratis Aphorismos ipse prim⁹ edidit. cui sic merito fecerunt Encomia hæc sequentia:

HVBERTVS DAMIUS AN-
DERNACVS.

Ut natura parens dederat mortalibus olim
 Hippocratem, ipsa suum, quo retineret, iter:
 Sic quoque Guinterium tandem D E V S artis
 aluminum
 Edidit, & medicam reddere iussit opem.
 Fecit & occubuit: tua quo Germania fama
 Nunc medico celebris gloria parta viget.
 Fama per ignotas gentes volat: ossa recepit
 Terra, sed aetheream mens colit una domum.

MICHAEL TOXITES.

Hic situs est Andernacus prope coniugis ossa,
 Expectans regni gaudia lata D E I.
 Certabant Virtus, Pietas, Doctrina, senectus,
 Et voluit primo qualibet esse loco.
 Sed vicit Pietas, animumque per aethera Christo,
 Aduexit cuius numen adorat ouans.
 Ingenuus coluit felici sydere Musas
 Paeoniaque tulit pluribus artis opem.

*In terris famam, nomenque reliquit honestum,
Spiritus it cælo, membra recepit humus.*

*Excessit septem decies ac amplius annos,
Mens tamen in sano corpore sana fuit.
Sed quid opus multis? laus vni hac sufficit una:
Ingenio magnos vicit & arte viros.*

GEORGIVS CALAMINVS.

*Octo Guinterius iam quando decennia messem
Et clausit aeo septimam:
Jam iam care pater (dictis Panaceia modestis
Compellat AEsculapium.)
Sat vita famaque dedit, nostroque labori
Guinterus arte nobilis.*

*Scis quod Louanium, sit & Argentina docentem
Mirata, post Lutetiam,
Hic ubi Vesalius medicus, Graiaeque magister
Lingua poliuit Sturmium.
Scis quod lustra nouem medico iam floreat usu:
Antiqua nostra cum nouis
Artis & euertit nostro mysteria ductu
Perennis ac viret libris.*

114 IOAN. G VINTER. ANDERN.

Sit requies & eterna seni: sit vera voluptas,

Et nata cælo gaudia.

Sic ait: hinc animâ Guinterius intrat Olym-

pum,

Mortale terra suscipit.



25



P 2





117

GVILHELMVS GRATAROLVS
Bergamás, Medicus.

 **V**I L H E L M V S G R A T A R O L V S , natus est Bergamo , Gallia & cisalpina oppido ; is Medicus fuit & Philosophus excellens : in primis verò Physiognomon & speculator naturae solertissimus ; qui egregie nominis sui celebrationem euexit scriptis libris quampluribus : unde toti terrarum orbis celebratus innotuit , tandem animam expirauit anno 1562 . 6. die Maij Basilea & Rauracorum , quod eleganter Petrus Nigidius senior hisce verbis expressit (egit enim idem Gratarolus Professorem & Medicum etiam in Hassie Academia Marpurgi .)

Doctrinam Papæ Gratarolus corde perosus ,

Germanos cupide visere cœpit agros .

Nobilis hunc misit Cattis Basilea , sed anno

Vix semel exacto rursus eò rediit .

Sine quod Hassiaco non posset vivere cælo,

Sine quod in votis urbs Basilea foret.

Hæc vita functi gelido nunc clara sepulchro

Insignis claudit corpus & ossa viri.

Scripsit librum de memoria reparanda, augenda, seruandaque omnimoda remedia & præceptiones. Item librum de prædictione morum naturarumq; hominum, facili ex inspectione corporis. Prognostica naturalia de temporum mutatione perpetua, ordine literarum: adiecta sunt vndeциm signa terræmotus ex Ant. Mizaldo. De thermis Rheticis, ex Vallis Traschurij agri Bergomatis librum, cum diuersorum authorum scriptis de Balneis. Compendium *de tuenda valetudine literatorum*, & eorum qui magistratu funguntur, illorum præcipue qui in etate constantiae, vel ab ea parum absunt. De notis Antichristi: De vini natura, artificio, & vsu, de re omni potabili. Item de memoria reparanda, conseruanda que: De prædictione morum naturarumq; hominum, &c. prognostica. De tuenda valetudine in vniuersum. *De literatorum conseruanda valetudine*. De peste. Theses de peste, hæc omnia

yno volumine impressa sunt Basileæ in octauo. Scripsit prixin medicam. Correctiones & additiones in librum Italicum falso attributum Cl. V. Gabrieli Fallopio, cui titulus est secreta Fallopij. Censuram in primum librum Alexij Pedenmontani in quo medica tractat, modū faciendi quintam essentiam simplicem. De viribus, vsu ac mixtione aquæ ardantis. Equorum & domesticorum aliquot animalium remedia, annis 25. vndique collecta. Edidit etiam cum præfatione, & glossulis Petrum Pomponatum de causis occultorum effectuum seu de incarnationibus. Ioannem de Rupecissa, de extractione quintæ essentiæ omnium rerum potissimum pro vsu medico, quem auxit optimis rebus eiusdem aut similis argumenti. Chemicorum præcipuorum volumen, cum præfationibus, prolegomenis & obscurorum aliquot locorum declarationibus. Præterea aliorū opera partim dudum edita, partim nunquam antea publicata correxit, vti sunt: Petri de Abano vel Apano libellus de venenis, ad manuscriptum exemplar correctus: cui adiecit multa eius argumenti utilissima, nec antea edita. Chirurgicus libellus per iusta capita distinctus gallice

gallice scriptus ante annos 135. Scriptores qui cōfilia & curationes de Sudore Anglico annotarunt. Theatrum Galenicum Mundellæ compleatum, & in meliorem ordinem redactum. Thaddei Florentini & Guilielmī de Brixia consilia medica. Eiusdem proficiscentium, seu magnis itineribus diuersas terras obeuntium medicina. Veræ Alchimiæ modus.



2215

121



Q



Si qua Dioscoridi si qua est data fama Galeno
Participem ex aliqua me quoq[ue] parte habet



LEONHARDVS FVCHSIVS
Medicus.

LEONHARDVS FVCHSIVS natus est *Vuembdinge*, oppido Rhetiae, anno 1501. prima literarum rudimenta *Heilbrunnæ* posuit, inde per omnes honores Scholasticos ascendit, primum bonarum artium Baculaureus Ephordiæ salutatus, Magister deinde Philosophiæ Ingolstadij: & aliquot annis post Medicinæ Doctor ibidem appellatus. Medicinam publice in eadem Academia summa cum fide & diligentia professus aliquandiu, mox Onolsbachij Medicinam factitans, Principum Marchionum Brandenburgicorum Archiatrus fuit: inde Ingolstadium reuocatus, sed religione obstante Onolsbachium regressus est. Denique euocatur *Tubingam* ad Medicinam publice docendam, quam ipse & ratione optima, & Oratione sapientissima multis annis fideliter &

studiose explicauit, magna cum gratia atque admiratione omnium, & commentariis innumeris spectatæ eruditionis atque scientiæ in omni Medicinæ genere illustravit plurimum: Tandem exemplum diligentiae & laboris, decus & ornamentum Academiæ singulare, optimè de præsentibus posterisque meritus summa cum testificatione cōstantiæ & fidei in religione obiit ibidem in Christo fideliter, sexto Idus Maij, anno 1566. ætatis 65. Eius opera hæc sunt Medicinæ Methodus, seu ratio compendiaria perueniendi ad veram solidamque Medicinam: item de vſitata huius temporis componendorum miscendorumque medicamentorum ratione libri tres, iis qui praxin medicam exercent maxime necessarij; De sanandis totius humani corporis, eiusdemque partium, tam internis, quam externis malis libri 5. Tabulæ aliquot vniuersæ medicinæ summam & diuisionem compendio complectentes: Tabulæ sex in Galeni libros de morborum causis & symptomatibus. Paradoxorū medicinæ lib. 3. in quibus multa à nemine haetenus prodita, Arabum, ætatisque nostræ medicorum errata confutantur, & obiter Sebastiano Montuum

tuum medico Riuoriensi respōdetur. Apologiæ tres; quarum prima aduersus Guilhelnum Putaneum docet, Aloen aperire ora venarum: 2. aduersus Sebastianum Montuum nonnulla paradoxorū capita defendit: 3. aduersus Hieremiam Thriuerium, in internis inflāmationibus pleuri tide præsertim, è directo partis affectæ sanguinem mittēdum esse. Item explicationes aliquot paradoxorum de Historia stirpium commentarij insignes, adiectis earundem viuis plus quam quingentis imaginibus, nunquam ante ad naturæ imitationem artificiosius effictis. Item succincta vocum difficilium & obscurarum passim in eo opere occurrentium explicatio. Hippocratis aphorismorum sectiones septem è græco in latinum sermonem conuertit & luculentissimis commentariis illustravit, adiectis annotationibus in quibus quotquot sunt in Galeni Commentariis loci difficiles ad vnguem explicantur. Vertit etiam aliquot Epidemion libros Hippocratis commentariis adiectis. *Eius aduersus Christiani Egenolphi Typographi Francfortani columnias respōsio excusa est Basileæ anno 1545.* Item *Cornarius furens ibidē excusus, apud Eras-*

mum Xylotectum. scripsit item *Apologiam aduersus Gualterum Ryffum*. Difficilium aliquot quæstionum & hodie passim controuersarum explicationē, libros quatuor auctos & recognitos. Nicolai antidota vertit & annotationibus illustrauit. Annotationes scripsit in libros Galeni de tuenda valetudine. In eiusdem libros de differentiis febrium, & locis affectis commentaria. In eiusdem de morbis libros commentaria. Item in Libros de Medicinis simplicibus. præterea libros quinq; de medendi ratione recognouit & auxit, additis tribus libris Chirurgicis. Methodū ad medicinam perueniendi, siue compendium medicinæ omnino nouum fecit. adhęc de compositione medicamentorum libros quatuor auxit & recognouit, adiecto quod ante desiderabatur, Dispensatorio, vt vocant. Plantarum effigies excusas seorsim, quinque diuersis linguis redidit. de Oculorum remediis libellus germanicus eodem autore prodiit. item an Morbifica aliqua sit de Galeni sententia causa continens, quæstiones medicæ de peste. Commentaria in methodum medendi. Hippocratis Epidemion libros transtulit, & in ordinem alphabeticum redigit.

degit. Commētaria in Galeni libros tres de temperamentis fecit.item Compendium anatomie, prēterea duos alios tomos Historiæ stirpium primo adiecit , in quibus omnibus plures quam duodecim Iconum sunt centuriæ. *de Fuchsio ita cecinit,*

I O A N N E S L A V T E R.
B A C H I V S.

Quale Dioscorides medica præclarus in arte

Herbarum nomen cognitione tulit:

Tale sua meruit, maius quoque Fuchsius arte

Herbarum nulli cognitione minor.

Herbarum propriis naturam viribus ille

Ut tandem nude protulit absque typis.

Sic tribus, hic omnes veris iconibus herbas

Exprimit ingenio dexteriore tomis.

Arte Dioscorides quod Graii: Fuchsius istud

Non modò Germanis, omnibus orbe locis.

Nesit opus terras vita penetrare periculo:

Ne iuga, vel valles, vel nemorosa loca.

Absque labore tomis herbas cognosce, fovere

Augustos medicæ, qui cupis artis opes.

Dum

Dum bonus herbarum species viresq; ministrat,
Haud errat, graue qui cum duce tentat iter.





R





*CONRADVS GESNERVS,
Philosophus & Medicus.*

CONRADVS GESNERVS Tiguri vrbe Heluetiorum primaria natus anno Christi 1516. postquā in patria literarum fundamenta posuisset, Argentinensem Scholam primo adiit, deinde Bituriges Auaricum, mox etiam Lutetiam Parisiorum profectus optimis disciplinis eruditus est. Eo itaque studiorum cursu absoluto, Lusannamque rediens, Græcas literas ibi professus fuit, per integrum triennium: demum Basileæ supremam in Medicina lauream adeptus se inde Tigurum cōtulit, perpetuumq; domiciliū sibi ibidem constituit. qua in vrbe & Medicinam fecit & Philosophiam publico stipendio docuit annis 25. Vir pius & omni genere virtutum ornatissimus, omnia naturæ arcana perscrutatus, magis cogitās de aliorum vtilitate promouēda, quam propriæ salutis tuendæ curam rationemve suscipiens, in

R 2 omni

omni literarum genere, præfertim verò in Medicina & Philosophia naturali atq; Philologia clarissimas lucubrationes edidit, erat enim Philologus & Philistor doctissimus, lumen Germaniæ & decus Heluetiæ, tandem cum incredibili luctu Ecclesiæ, Scholæ, Reip. bonorum denique omnium, blandissima quidem morte, sed atrocissima pestilentia absumptus obiit Tiguri in patria, anno 1565, ætatis anno 49. die 13. Decembr. Scripsit pene infinita suo marte, & multa simul aliorum scripta in lucem protulit: quorum omnium Catalogum cum ipse ediderit, visum est eundē ipsius verbis apponere, & Corollariū addere eorum, quæ post catalogum conscriptum edita sunt: aut in Bibliotheca Clariss. Medici Caspari V Volffij asseruantur.

Primum igitur circa annum D. 1537. (Conradi Gesneri verba posso) Lexicon Græcolatinum, quod iam ante à diuersis & innominatis nescio quibus misere satis consarcinatum erat, ex Phauorini Camertio Lexico Græco ita auxi, ut nihil in eo extaret, quod non ut singulari fide ac diligentia, ita labore maximo adiicerem: sed typographus me inscio, & præter omnem expectationem meam, exiguam duntaxat accessionis mea partem adiecit, resernans sibi forte auctuarium ad sequentes etiam editiones. Eodem paulo post defuncto, meum exemplar recuperare non potui. Ab eo etiam tempore in gratiam Heinrici Petri Basiliensis Typographi, ter aut quater ex diuersis lectionibus meis, idem volumen insigni accessione auxi, ita ut semper nominarem authores, à quibus singula exce-

excepissim, ut & authoritas maior esset, & orthographia minus corrumperetur: quod si alij etiam multi Lexicorū corruptores potius quam authores, obseruassent, non usque adeò aliquot millibus locorum corrupta hac volumina hactenus in publicum prodiissent, non solum Typographicis erratis passim innumeris absurdissime referta, propter imperitiam illorum qui ad prela corrigit: sed ipsorum etiam authorum, quorum plurimos idcirco sua nomina profiteri puduit. Ultima quidem editio à me, locupletata Basileæ nuper prodiit ex officina Hieronymi Curionis, anno Domini 1560. Septembri, in folio, chartis trecentis octoginta quatuor. Ceterum hoc anno, quo hac scribo. 1562. Genevæ prodisse audio longè copiosissimum emendatissimumq., Græcæ linguae Thesaurum, à Rob. Constantino incomparabilis doctrinæ viro, ex Ioan. Crispini officina. Medicaminum succi duorum (que Antiballomena Græci vocant) Galeno adscriptorum talula Latinitate donata, adiectis etiam Græcis multò castigatis ribus, & annotationibus in quædam locos. Eadem ex libris Diocoridis, AEti, & Pauli AEGineta passim excerpta, & in unum diligenter conscripta, subiecimus. Chartæ sunt quinque cum dimidia, excusæ Basileæ in octavo cum Actuarij epere de compositione medicamentorum, apud Robertum Winter, anno Domini 1540. Enchiridion historiæ plantarum ordine alphabetico, ex Diocoride sumptis descriptionibus, & multis ex Theophrasto, Plinio, ac recentioribus Græcis additis: facultatibus autem ex Paulo AEGineta plerunque quam breuissime adscriptis, &c. in gratiam medicinæ candidatorum, qui cognitionis stirpium causa rusticari interdum solent. Robertus Winter imprimebat in 8. Basileæ anno 1541. chartis nouendecim. & eodem anno Melchior Sessa Venetiis in 16. Huic similem alium de ceteris simplicibus medicamentis libellum nondum edidi. Compendium ex Actuarij Zacharia libris, de differentiis urinarum, iudiciis, causis & prævidentiis. Vniuersalis doctrina Cl. Galeni Pergameni de compositione pharmacorum secundum locos affectos à capite ad calcem, particularibus me-

dicamentis omis̄is. Symbola Galeni experimentorum ex lib. eius collecta, & aliorum quorundam. Hosce 3. libros, Christophorus Froschouerus Tigurinus typographus uno volumine coniunxit. Tiguri 1541. in 8. chartis 24. Apparatus & delectus simplicium medicamentorum, ex Dioscoride & Mesuēo praecipue, alphabeti ordine, pharmacopolis maxime utilis liber. Continentur autem eodem volumine, uniuersalia Pauli Aeginetæ præcepta de medicamentorum secundum genera compositione: & eiusdem argumenti omnia que in Galeni libris de compositione med. ualāγēn præcepta extant: multis superflue dictis, & particularibus plerisque compositionibus remotis, &c. Frellonij fratres excudebant Lugduni 1542. in 8. chartis 18. & dimid. & Venetiis fratres de Nicolinis in 16. Catalogus plantarum nomina Latine, Grace, Germanicè & Gallicè è regione proponens, secundum ordinem alphabeti, Latinis præcuntibus una cum vulgaribus pharmacopolarum nomenclaturis, &c. His accedunt in calce operis Nomenclatura stirpium secundum varias gentes, Dioscoridi adscriptæ, in ordinem literarum digestæ. Liber impressus est Tiguri apud Froschou. 1542. in 4. chartis 4. & dimidia. De syllogismis Compendium authoris incerti, è Greco translatum, excusum Basileæ in 8. chartis duabus & dimid. apud Ioan. Oporin. cum Ioachimi Perionij lucubrationibus quibusdam in organum Arist. 1542. Moralis interpretatio errorum Ulyssis Homerici, authoris incerti. Commentatio Porphyrij philosophi de Nympharum antro in 13. libro Odyssæ Homericae. Apologie quedam pro Homero & arte poetica, fabularumq; aliquot enarrationes, ex Commentariis Procli Lycij Diadochi philosophi Platonici in lib. Platonis de republica: in quibus plurima de dis fabule, non iuxta grammaticorum vulgus historicè, physicè aut ethicè tractantur: sed theologicis, (ut gentiles loquuntur) ex prima philosophia rationibus explanantur. Omnia per nos è Greco sermone conuersa, & euulgata Tiguri, 1542. in 8. chartis 12. ex Offici. Froschouiana. Porphyrij philos. quæstiones Homericae. Pauli Silen-ciarij

ciarij hemiambia, de thermis, & alia quædam ex Græcis eodem tempore, aut etiam postea à me conuersa, nondum in lucem exiuerunt. De lacte & operibus lactariis libellus, philologus pariter ac medicus, cum epistole ad Iacobum Auenium Glaronensem de montium admiratione, excusus Tiguri 1543. in 8. chartis 6. & dimid. Ioannis Stobæi Collectanea sine loci Communes CXXIII. ex omni genere authorum vetustissimorum Græcorum, cl. ferè congesti, ex nostra interpretatione Latina, &c. His accesserunt opuscula tria, à nobis etiam primum Latinè edita: nempe Cyri Theodori dialogus de amicitia exilio senariis iambicis. Opuscula duo Platonii adscripta, unum de iusto, alterum, an virtus doceri pos sit. Omnia Græce & Latine è regione, Tiguri apud Froeschouerum, cum duplo indice, uno rerum, altero authorum, anno Domini 1543. in folio, chartis 210. & iterum Stobæi locis, cum ex manuscriptis exemplaribus, tum aliunde, auctis atque recognitis, anno 1550. & tertio, 1559. Eosdem locos Oporinus Basileæ edidit Germanice, Ge. Læto interprete. Audio & Antuerpiæ Latina nostra seorsim excusa esse absque Græcis. Nova editio valde aucta, parata prælo apud me est. Heraclidis Pontici Allegoriae in Homeri fabulas de diis, & sermo Dionis de Homero Latinis facti, excusi Basileæ apud Ioan. Oporinum, adiectis etiam eisdem Græcis, & aliis quibusdam rarioribus & elegantibus opusculis, anno Domini 1544. in octavo chartis 14. & semis. Michaelis Ephesii Scholia in Aristotelis libellos, nempe: De iuventute & senectute, vita & morte. De longitudine & breuitate vita. De diuinatione per somnum. Omnia è Græco translata, & impressa Basileæ in 8. anno D. 1541. chartis 6. & dimidia, cum Nicolai Leonici explanatione in primum librum Aristotelis de partibus animalium, apud Westhemerum: & Venetiis anno 1543. in folio, cum Alexandri Aphrodis. commentarijs in librum Aristotelis de sensibus, Lucilio Philaltheo interprete. M. V. Martialis poëta Epigrammata (ad lingua Latina copiam, & varias rerum nomenclaturas utilissima) ab omni verborum obscenitate, in adolescentium

praci-

præcipuè scholarumq; usum, expurgauit, & in locos circiter 86. digesti.
 His adieci Dialogos tres, quibus ratio huius instituti redditur, & multa
 de puerilibus studiis commemorantur. Et in fine Annotationes Iac. Mi-
 cylli, Froeschouerus cudebat Tiguri 1544. in 8. chartis 28. Ambrosii Cale-
 pini Dictionarium lingue Latinae, quod anno 1544. mense Septembri
 impressum est Basileæ apud Leonhardum Hophnianum, innumeris lo-
 cis castigauimus: & ex postrema editione Venetijs publicata ad insigne
 Sirenis, quæ supra quatuor millia vocabulorum ex probatissimis autho-
 ribus accessisse gloriatur, omnia in nostrum exemplar transtulimus: &
 prosodiae, id est, quantitatis syllabarum notas (plerunque etiam versus
 poëtarum, quibus ea confirmetur) nouo labore singulis dictionibus, quæ
 ordine alphabeti explicantur, inscripsimus. Ceterum nomina propria,
 ex quibus maxima pars Venetæ accessionis constabat, seorsim à Latinis
 vocabulis in peculiare alphabetum, partim proprio labore, partim iu-
 uantibus amicis, digesta sunt, additis omnibus illis, quæ in postremis di-
 ctionarij poëticis continebantur. Huic volumini titulum fecimus, O-
 nomasticon nominum priorum: quod tertio iam auctum & emen-
 datum à nobis prodiit, Basileæ ex Hieronymi Curionis officina. In se-
 cunda quidem editione, quæcunque Stephanus regius Grammaticus
 Græcus propria locorum nomina habebat, Latine interpretatus adieci,
 & loca castigauit innumera. Græca etiam nomina paßim addita sunt. Ul-
 tima editio publicata est Basileæ, anno 1560. in folio. Sunt autem Lat-
 inarum dictionum chartæ 312. cùm aliâs, tum ex Pauli Manutij obser-
 uationibus plurimum auctæ. Onomastici verò nostri priuatim chartæ
 61. In Lexicon Græcolatinum, anno 1544. Basslae excusum in 4. de vili-
 tate ac dignitate lingue Græcae prefati sumus. Antonij Tileſii Itali
 Consentini opuscula aliquot, partim iam prius diversis in locis, partim
 nunquam prius edita, tum styli Romana puritate, tum editione, varie-
 tate & lepore argumentorum, magno studio forum applanfa excipienda,
 Joan. Oporino Basiliensi typographo dedi: qui ea publicauit, anno 1545.
 in 8.

in 8 chartis undecim. Ex his ligato sermone conditus est *Imber aureus* Tragœdia: & poëmatia 7 soluto autem *Commentarij* duo, unus de coloribus, alter de coronarum generibus. Ab eo quidem tempore etiam alia quædam huius authoris poëmata in Italia typis impressa, nactus sum: que cum precedentibus coniuncta denuò excudi optarim, ut tam elegantis scriptoris, que extant omnia, uno volumine haberentur. Bibliotheca vniuersalis, sive Catalogus omnium scriptorum locupletissimus, in tribus linguis, Latina, Græca & Hebraica: extantium & non extantium, veterum & recentiorum, usque ad annum Domini 1565. doctorum & in doctorum, excusorum & in Bibliothecis latentium: Opus nouum, & non Bibliothecis tantum publicis priuatisve instituendis necessarium, sed studiois omnibus cuiuscunque artis aut scientie, ad studia melius formanda utilissimum. Tiguri apud Froschouerum 1545. in fol. chartis 325. adiecto ad finem indice nominum vniuersorum, ut ea quorum prænomina forte Lector ignorat, inuenire posse. Non solum autem singula authorum scripta hoc volumine enumerantur: sed singulorum etiam librorum argumenta & ipsius adscribuntur, sive ex ipsorum authorum præfationibus, ut simul etiam styli aliquod specimen præbeatur Lectori, sive aliter: & super multis Censuræ doctorum hominum, & alia quædam, que in Compendiis postea excusis, non meo quidem consilio omissa sunt, poterant enim breuius quidem exponi, non tamen prorsus omitti. Sed si cum plerunque lucrum spectant typographi, potius quam vel authorum voluntatem, vel utilitatem Lectorum solidam. In Compendium quidem illis postea impressis, permulta authorum nomina noua, recentiora præsertim, accesserunt: sed omnis illa accessio seorsim etiā à Froschouero nostro excusa est, ut qui primam editionem emerunt, aut deinceps etiam empti sunt, fructus illo non frustrarentur. Sententiarum sine Capitum Theologicorum præcipue, ex sacris & prophanicis libris Græcis collectorum digestorum, in Locos communes, per Antonium & Maximum monachos, Tomi tres. *Antonyj loci*

loci *Melissa inscripti*, inq^o duos Tomos diuisi, numero sunt 175. Maximi verò 71. Tomo uno comprehensi. *Abba Maximi*, *philosophi*, *confessoris* & *martyris*, *Aphorismorum seu Capitum de Perfecta charitate* & *aliis virtutibus Christianis*, *Centurie quatuor*. *Theophilis sexti Aniochen sis episcopi*, *de Deo & fide Christianorum contra gentes Institutio num libri tres ad Autolycum*. *Tatiani Assyrij*, *Iustini martyrdis discipuli*, *Oratio contra Græcos* (*Hæc omnia quinque diuersorum authorum volumina*) mea cura ex codicibus manuscriptis transcripta, & meo labore emendata, ante & ad prælum, (*prater Maximi Centurias prius excusas, nunc quidem castigatores*,) *Froschouerus Grace excudit Tiguri 1546. in fol. chartis 73.* Et rursus eadem omnia in Latinum sermonem conuerta, eodem anno in folio chartis 99. Ex his primam partem *Melissæ Antonij* ego interpretatus sum: & *Tatiani Orationem*, cui & annotationes adieci. Secundum verò *Melissæ partem*, & *Maximi Locos* *Ioannes Ribittus Subaudus Latina* fecit. *Maximi Centurias*, *Vincentius Olisopæus*: *Theophilis Institutiones*, *Conradus Clau serus*. *Enumeratio medicamentorum purgantium*, *vomitoriorum* & *alium bonam facientium*, *ordine alphabeti*, *excusa in quarto*, *Basileæ in officina Frobeniana*, anno Domini 1546. cum *Antonij Musæ libello de catapotis*. *Naturalis scientiæ totius Compendium*, *ex Aristotelis aliisq^o libris ab Hermolao Barbaro patricio Veneto confectum*, & in Italia impressum mendissimè, quoad eius potui, repurgatum *Ioanni Op rino tradidi*, è cuius officina prodiuit, *chartis octo in 8. anno 1548. quibus ille adiecit Hieronymi Wildenbergij Aurimontani in plerosque Aristotelis physicorum libros Epitomen*, *chartis undecim*. *Pandectarum siue partitionum uniuersalium*, qui secundus Tomus Bibliothecæ non stræst, libri nouendecim: *excusi Tiguri apud Froschouerum in folio, 1548. chartis 191.* In his libris omnium, qui in primo Bibliothecæ tomo nominantur authorum, & plurimorum insuper aliorum scripta, non alphabetico ordine ut in primo tomo, sed secundum artium & scientia-

rum genera per certas classes & locos communes enumerantur: non titulis modò librorum memoratis, sed capitum etiam inscriptionibus, & particularibus plurimorum librorum argumentis. Librorum inscriptiones haec sunt: 1. De grammatica & philologia. 2. De dialectica. 3. De rhetorica. 4. De poetica. 5. De arithmeticā. 6. De geometria, opticis & catopticis. 7. De musica. 8. De astronomia. 9. De astrologia. 10. De divisione cum licta, tum illicita, & magia. 11. De geographia. 12. De historiis. 13. De diuersis artibus illiteratis. 14. De naturali philosophia, & theologia gentium. 15. De prima philosophia seu metaphysicis. 16. De morali philosophia. 17. De economicā philosophia. 18. De re politica, id est, ciuili & militari. 19. De iurisprudentia. His liber vicesimus subiungendus erat de re medica, quem certas ob causas reliqui, & ne hactenus quidem absolui, quamvis materia satis copiosa mihi sit congesta. Pandectarum, hoc est, secundi tomī Bibliotheca liber 21. sine ultimo, De theologia Christiana, seorsim cūsus ibidem, in fol. 1549. chartis 90. Est autem is liber veluti index per locos digestus in plerosque veterum & recentiorum theologorum libros, hoc est, librorum titulos & capita ferē, &c. Et chartis nonaginta, quibus constat, postrema septem continent Indicem alphabeticum, huic de theologia libro & superioribus 19. communem. Cl. Galeni librorum editioni Latinae, quæ publicata est Basilea in officina Frobeniana, ex Iani Cornarij recognitione, anno 1549. capitum distinctionem & argumenta in plerosque libros, ab initiis singulorum, adieci: quæ in multis (iis præsertim, qui rei medicæ tyronibus præcipue necessarij lectu sunt) ita copiose ac methodice tractantur, ut vel Epitomes aphoristica instar haberi possint. Historia animalium liber 1. qui est de quadrupedibus viuiparis, cum figuris ad viuum expressis: opus philosophis, medicis, grāmaticis, philologis, poëtis, & omnibus rerū, linguarumq; variarum studiosis, utilissimum simul iucundissimumq; futurum: in quo non modò simplex animalium historia continetur, sed etiam veluti cōmentarij locupletissimi, & castigationes plurimæ

in veterum ac recentiorum eiusdem argumenti, que videre nobis licuit omnia, ex authoribus ferè ducentis quinquaginta, &c. Ita digestis commodo perpetuoq; ordine omnibus, ut quicquid de unoquoque animali cognoscere libuerit, nullo negotio statim inueniatur. Neque enim ad continuam lectionem à nobis hæc conditæ sunt, sed ut eorum qui Dictionariorum esse solet, ad inquirendum maxime, usus sit: quod non intellexerunt, qui prolixitatis in hoc opere nos accusarunt. In sequentibus quidem animalium libris, minus prolixus fui, hoc est, in philologia parciòr. Hoc volumen in Epitomen contraxit, philologia omni omissa, excellens doctrina & virtute medicus Laurentius Hiel, in illustri Academia Ienensi hoc tempore professor: idem forte facturus in reliquis etiam nostris de animalibus libris, ut aliquando coniuncti publicentur. In Germanicum verò sermonem simili compendio transtulit hunc & secundum de quadrupedibus ouiparis, Conradus Forer Vitoduranus medicus, nunc etiam ecclesia minister, & similiter de aquatilibus volumen: Auium verò historiam Germanicam fecit Rodol. Huslinus, quæ iam excusa est, anno D. 1548. chartis 87. Thesaurus Euonymi Philiatri de remediis secretis, (voco autem secreta, in quibus pars purior & tenuior, ab impurore crassioreq; secernitur, arte,) liber physicus, medicus, & partim etiam chymicus, & aeconomicus in vinorum diuersi saporis apparatus, medicis & pharmacopolis omnibus præcipue necessarius, impressus Tiguri apud Andream Gesnerum F. in 8. chartis 39. anno 1558. Agit autem præcipue de artificiois aquarum & oleorum destillationibus sine extractionibus, ex herbis aliisq; simplicibus medicamentis. Secunda eius editio prodidit anno 1558. adiectis quibusdam instrumentorum destillatoriorum figuris, & nouo Iacobi Bessoni libello, de absoluta ratione extrahendi olea & aquas è medicamentis simplicibus. Hunc librum cum in gratiam Andreae Gesneri patruelis mei, noui tum typographi, immaturum ederem, nomen meum addere noluī. Nunc quoniam & magno studio forum rei medicae applausu eum exceptum video, & aliquando

quando absoliuorem dare cogito, si Deus vitam dederit: me eius authorem esse dissimulare amplius nolui, præsertim cum iam viri quidam eruditi id deprehenderint. Ex eadem officina Germanicus etiam euulgatus est, Rodolpho Landebergero nostro (ecclesia Bulaci diacono, in agro Tigurino) interprete. Et Latine in 16. Lugduni: ibidemq; nisi fallor Gallico. Veterum aliquot theologorum Graecorum orthodoxorum libri Graci, & iidem Latinitate donati è regione: quorum plerique partim Latine, partim Graece antehac non sunt editi, nostra plerique cura excusi, Tiguri apud Andream patruellem, anno 1552. in folio, chartis 104. Sunt autem hi: Canones Apostolorum, & veterum tredecim sanctorum Conciliorum decreta, à Clemente Romano, ut quidam putant, versi & collecti, &c. Ignatij martyris & Archiepiscopi Antiocheni, epistole 12. Ioanne Brunnero Tigurino interprete. Athenagoræ Atheniensis philosophi Christiani Apologia, vel Legatio pro Christianis, ex nostra interpretatione cum annotationibus nostris. Eiusdem de mortuoru[m] resurrectione liber, Petro Nannio interprete, cum Henr. Stephani typographi doctissimi (qui hos duos Athenagoræ libellos seorsim prius excudit Genevæ) in Grecum simul contextum & Nannij versionem Annotationibus. Aeneæ Gazæi Platonici Theophrastus, siue de animarum immortalitate & corporum resurrectione dialogus, Ioan. Wolphio ecclesiæ Tigurina[m] ministro interprete. Cidonij de Contemnenda morte oratio, Raphaele Seilero I.C. Augustano interprete. Hermæ philosophi irrisio gentilium philosophorum, eodem interprete. Expositio capitum admonitoriorum Agapeti diaconi ad Justinianum Imperatorem, in nomine eiusdem interprete. Ex his ego suppeditavi Aeneæ Gazæi Platonici Theophrastum, ex nobili Reipub. Augustana bibliotheca nactus: & Ignatij epistolæ, quas Lutetia paulo ante Graece excusas ignorabam. In Hieronymi Tragi de stirpibus Commentarios Argentinæ excusos apud Riheliū, anno 1552. præfationem adieci in gratiam typographi, quæ continet Catalogum rei herbariæ scriptorum, qui ad illud usque tempus aliquid edi-

derunt, extantium & non extantium, &c. satis copiosum, chartis circiter 3. De thermis & fontibus medicatis Heluetiae & Germaniae libri duo, excusis Venetiis in officina Iuntarum, anno 1553. in folio. char. 5. cum quadrante, cum permultis aliorum libris, qui thermas Italiae descripserunt. Ab eo autem tempore, quoniam plurima obseruauit, quibus hoc argumentum plenius illustrem, spero me breui eundem librum auctum & recognitum seorsim editurum. Tabula collectionum, quibus per singulos anni menses, que stirpes in singulis per Germaniam flores fructusq; ut plurimum proferant, ordine recensetur. Argentinæ à Rihelio impressæ 1553. in octavo. chartis quinque cum quadrante, cum Davidis Kyberi summi amici mei, rei herbariae Lexico: quod dum sub praetato esset, eodem anno, mense Ianuario, optimus & doctissimus vir peste sublatuſ obiit, mihi vero iam morte proximus quæ excudenda supererant, ut ante prælum inspicerem ac emendarem commendari voluit, &c. itaque & præfationem in illum librum, & in authoris morte Idyllium lugubre Graecum condidi. Icones animalium quadrupedum viuiparorum & ouiparorum, quæ primo & secundo historiæ animalium libris à nobis describuntur, cum nomenclaturis singulorum Latinis, Italicis, Gallicis, & Germanicis plerisque per certos ordines digestæ, Tiguri procudebat Froschauerus 1553. in folio, chartis 17. & rursus auctas ac recognitas, tum alias tum multis descriptionibus & iconibus additis, quæ in historiarum libris nō habentur, anno 1560. chartis 32. Ligari autem debent cū sequentibus animalium Iconibus. Historiæ quadrupedum ouiparorum liber, id est, secundus de animalibus, cum appendice ad quadrupedes viuiparas, anno 1554. ibidem excusos in folio, chartis 37. Et quia parvus est, commode uno volumine cum historia avium, id est, tertio de animalibus libro ligabitur. Historia avium liber, (qui est tertius de animalibus) cum figuris, ex eadem officina, anno 1555. chartis quatuor supra ducentas. In fine adduntur Paralipomena. Icones avium omnium, quæ in nostra avium historia describuntur cum nomenclaturis singularum in linguis diuersis

diuersis Europe: ibidem euulgatae, anno 1555. in fol. chartis 33. Et rursus anno 1560. nouis aliquot iconibus ac descriptionibus auctae & recognitae, chartis 37. In eam editionem emendationes & additiones aliquot conieci ad finem Iconum quadrupedum secundae editionis. De medicina chirurgica prestantia & antiquitate scriptum nostrum, & Enumerationem alphabeticam virorum illustrium, qui rem chirurgicam in scriptis vel artis usu excoluerunt, Gesneri fratres duo (patruelis mei) Tiguri publicarunt, chartis septem & dimidia ferè, in volumine satis magno, quo diuersos chirurgiae scriptores, mea fere cura complexi sunt. De rariss & admirandis herbis, que sive quod noctu luceant, sive alias ob causas, Lunaria nominantur, Commentariolus. & obiter de aliis etiam rebus, que in tenebris lucent. Inferuntur & nouæ quedam herbarum Icones. Descriptio montis Fracti sive Pilati vulgo dicti, iuxta Lucernā in Helvetia. Patruelis mei imprimebant Tiguri, anno 1555. in 4. vna cum Ioan. du Choul. G.F. Lugdunensis, Pilati montis in Gallia descriptione: & Ioan. Rhellicani Idyllio, quo Stocchornum montem altissimum in Bernensium Heluetiorum agro versibus heroicis describit. Chartæ sunt omnium duodecim cum dimidia. Epitome bibliothecæ nostræ tomus primus, à Conrado Lycosthene Rubeaquensi, edita primum Basilea, per Iosiam Simlerum Tigurinum recognita & aucta, plus quam bis mille authorum accessione, excusa Tiguri apud Froschouerum in fol. 1555. chart. 105. Ad eam quidem augendam nos quoq; collectanea nostra contulimus, &c. Huius Epitomes accessione, appendix primi tomus futura, seorsim etiā impressa est, ut supra diximus. Rob. Constantinus Gallus etiā Lutetie editit Nomenclatorem scriptorum insignium, qui veluti Epitome breuissima utilissimam bibliothecæ nostræ est: ubi optimos quoq; veteres & recentiores scriptores nominat, extantes duntaxat, manuscriptos vel impresos, secundum genera artium & scientiarum digesto libro, &c. Eum Andreas W echelus Parisis excudit 1555. in 8. chart. 12. Milbriades, sive de differentiis linguarū, tum veterum, tū quæ hodie apud diuersas nationes

in to-

in toto orbe terrarum in usu sunt, observationes, typis Froſchoueri excusa Tiguri 1555. in 8. chartis 10. cum tabula quæ orationem Dominicam in plurimis linguis scriptam proponit. Libelli 2. medicinales: Vnus De sanitate tuenda: Alter, Contra luxum conuiuiorum: Tertius, Contra notas astrologicas Ephemeridum de secundis venis. Sesquicharta à patruelibus impress. 1556. in 8. Cl. Aeliani Prænestini Pontificis & sophistæ, qui Romæ sub Imperatore Antonino Pio vixit, Meliglossus aut Meliphthongus ab orationis suauitate cognominatus, monumenta, quæ extant omnia Graece, Latineq; è regione, cura & opera noſtra in lucem edita. Sunt autem hæc: De animalium natura lib. 17. ex Petri Gillij Galli & noſtra interpretatione, ad Graecos codices manuscriptos recogniti, & tertia fere parte ex iisdem per nos aucti, Graece quidem prius antehac non excusi. Varia hift. lib. 14. Iusto Vulteo Wetterano interprete, nunc etiam recogniti. De militaribus ordinibus instituendis more Graecorum lib. 1. à Fr. Robortello Vitinensi in Latinum sermonem versus, & ab eodem picturis quam plurimis illustratus, nunc denuo emendatior. Epistolæ rusticane, Sebastiano Guldebercio Tigurino interprete. Omnia Tiguri apud patruelis meos, anno 1556. in fos. chartis 176. De piscibus & aquatilibus omnibus libelli 3. I. Halieuticon P. Ouidij Nasonis emendatum & scholiis illustratum. II. Aquatilium animantium Enumeratio iuxta Plinium, emendata & explicata, serie literarum. III. Eorundem Nomenclator Germanicus longè copiosissimus: Et alia quædā ad piscium historiam pertinentia Andreas Gesnerus F. excudebat Tiguri 1556. in 8. chartis 18. De stirpium aliquot nominibus vetustis ac nouis, ut sunt Mamirâs, Môly, Oloconitis, Doronicum, Bulbocastanum, Granum alzelin vel Habbaziz, & alia complura, Epistolæ dua: una Melchioris Guilandini Boruſi: & altera noſtra, cum nouis iconibus tribus. Chartæ sunt tres excusa Basileæ apud Nicolaum Episcopium F. 1557. in 8. & rursus cum epistola Matthioli Senensis. M. Antonini Imperatoris Romanii & philosophi de ſeipſo ſeu vita ſua libros 12. unacum Marini

Neapolitani libro de Procli vita & felicitate, Græcos e bibliotheca illustrissimi principis Othonis Heinrici, cum vir doctrina excellens Michael Toxites nobis communicasset, describendos curauit, & ad archety-pum contuli, & patrueli Andreæ anno 1558. cūdendos dedi, vna cum translationibus Latinis, in Antonini quidem libros Gul. Xylandri Augustani: in Martini verò Proclum, amici cuiusdam nostri iuuensis pereruditi, qui præmodestia nomen suum exprimi noluit. Chartæ sunt 30. in 8. Historie animalium liber quartus, quæ est de piscibus & aquatilibus, cum iconibus, procusus Tiguri à Froschouero 1558. in fol. chartis 335. Ad finem Paralipomena quadam accesserunt. Continentur autem eodem volumine Gul. Rondeletij quoque & Petri Bellonij de Aquatiliū singulis scripta. Hannonis Carthaginensium ducis Naui-gatio, qua maximam Libycæ oræ partem vltra Herculis columnas lustrauit, è Graco sermone in Latinum conuersa, adiectis etiam scholiis. Sesquicharta impressa Tiguri apud Andream Gesnerum F. anno 1559. cum Ioan. Leonis Africani Descriptionis Africæ li-bris nouem, in 8. Xenocratis de alimento ex aquatilibus libellus Græcus nostra opera editus, idemq; Latinus ex nostra interpretatione, vna cum scholiis. Chartæ sunt quatuor cum dimidia, procusæ Tiguri apud Andream patruolem in 8. vna cum Iani Dubrauij Olmucensis episcopi, De piscinis & piscium qui in eis aluntur naturis librī quinque. Icones animalium aquatilium in mari & dulcibus aquis degérium, plus quam D C C. cum nomenclaturis singulorum Latinis, Gracis, Italicis, Hispanicis, Gallicis, aliisq; interdum. Explicantur autem singulorum nomina ac nominum rationes, præsertim in Latina & Græca lingua uberrimè: & nominum confirmandorum causa descriptiones quorundam, & alia quædam præsertim in magno nostro de Aquatilibus volumine non tradita, adduntur: deq; singulis Rondeletij, Bellonij, Saluarii, & nostra sententia explicantur breuißime. Froschouerus cudebat Tiguri 1560. in folio chartis 101. Hoc monendus est Lector, tres libros, quibus conti-

nentur Icones Quadrupedum, Auium & Aquatiliū, commode uno volumine ligari. Historia & interpretatio prodigiij, quo cælum ardere visum est per plurimas Germaniae regiones, in eunte anno 1561. die tertio à Natali Dominico: deq; aliis quibusdam prodigiis veteribus ac nouis. Chartæ sunt tres impressæ apud nos eodem anno in octauo Con. Bolonensis authoris nomine, meum enim non ponere placebat, ne quis sutori vltra crepidam mihi obiiceret. Placuit hæc interpretatio Anglis, qui sua lingua eam ediderunt. Amicus quidam hic Germanice reddidit, sed nondum edidit. Dictionarium Germanicolum nostrum adhortatione copiosissimum Iosua Pictorius noster confecit, excusum Tiguri à Froschouero in 4. 1561. cum nostra præfatione, in qua de lingua Germanica in uniuersum eiusq; dialectis, & quam latè pateat: quid ei cum Gotthica & Gallica commune: deq; antiquis ac recentibus in eascriptis, & illustranda eius ratione differimus, per se quichartam fere. Valerij Cordi Simesusti Annotationes in Pedanij Dioscoridis Anazarbæi de medica materia libros quinque, longe alia quam antehac sunt euulgatae. Eiusdem historia stirpium libri quatuor, nunc primum in lucem editi, adiectis etiam stirpium iconibus, & brevissimis Annotationib; in culis. Eiusdem Sylva, qua rerum fossilium in Germania plurimarum, Metalorum, Lapidum & Stirpium aliquot rariorum notitiam brevissime persequitur. Eiusdem de artificiosis extractionibus liber. Eiusdem compositiones medicinales aliquot, non vulgares. His accedunt Stochornij & Nessi in Bernatum Heluetiorum ditione montium, & nascentium in eis stirpium, descriptio Benedicti Aretij professoris in schola Bernensi. Descriptiones & icones quadam plantarum nostræ, & De hortis Germaniae liber à me tum recens conscriptus. Hæc omnia typographo Argentinensi Iosie Rihelio suppeditauit, anno 1562. qui ea publicauit in fol. chartis trecentis ac tribus. Hortorum Germanie priuatum chartæ sunt 32. Prolegomena in opera Galeni, Latina, que hoc anno 1562. Basileæ prodeunt, ex ultima doctissimorum hominum recognitione, &c.

Char-

Chartæ sunt sedecim quadrante in magnofolio. Casij iatrosophistæ naturales & medicinales questiones 84. circa hominis naturam & morbos aliquot, ex nostra interpretatione Latina. Eadem Græce longe quam antehac castigationes cum scholiis nostris. Iacobus Gesnerus imprimebat Tiguri 1562. in 8. chartis nouem cum dimidia: unâ cum Antonij Sneebergeri medici Catalogo medicamentorum simplicium pestilentie veneno aduersantum. Santis Ardoymi Pisaurenſis medici de Venenis libri octo: cum tribus eiusdem argumenti Ferdinandi Ponzetti Cardinalis, excusi Basileæ apud Henr. Petri, & P. Pernam, anno 1562. in fol. Vtriusque authoris codicem ante annos quadraginta aut amplius retrò excusum, typographis ego suppeditau: cum in nullis amplius bibliopoliis proſtarént. Aristotelis libellum de virtutibus à me translatum, paſſim Stobæi Collectaneis Græce & Latine inſervi: ſicut & Theophrasti characteres, Græco contextu & Politiani translatione, quoad eius potui emendatis. His ultimus hoc tempore adnumeretur, praesens hic de scriptis tum propriis, tum aliorum à me editis. Ex his hactenus impressis lucubrationibus nostris, pleraque olim, ſi vixero, & iterum edi ea continet, aucta & emendata dabo.

De nondum editis, partim perfectis, partim imperfectis adhuc. Verſabar hoc tempore in adornanda noſtra ſtriplum historia, cuius materiam uberrimam & picturas quam plurimas, permultis retro annis congerere cœpi. Ab ea vero multæ ſubinde occupationes neceſſariæ, multæ etiam ex improviso impedimenta me auocant. Nuper quidem doctifimo typographorum Heinrico Stephano, Xenophontis de venatione libellum, ab Omnibono Leoniceno minime bene conuerſum, in eius gratiam ut emendarem roganti, obſcundare volui: & ſpero translationem illam cum Scholiis forte nostris, inter cetera Xenophontis opera Latina ex eius officina propediem apparitū, unâ cum nostris in eundē librū obſeruationib. & emendationib. Græci contextus. Alterū impedimentū immatura doctifissimi Auguſtani medici Ioannis Moibani mors

mihi attulit: qui nuper suo fato fungens, amicis mandauit ut conuer-
 sionem suam & annotationes in Euporiston Dioscoridis Anazarbei li-
 bros duos, nusquam antehac editos, imperfectas ad me mitterent. quas
 ego propter amicitiam, quae nobis viuentibus intercessit, ipsius nomine
 perficerem ederemq.: id quod eò facilius suscepi, quoniam & illum a-
 maui plurimum, & libros Græcos Senatus Augustani liberalitate iam-
 diudum transcriptos habui, inq. iis interdum animi gratia me exercui.
 Nuper etiam Valerij Cordi Descriptionis stirpium librū quintum sum
 nactus, quem in Italia confecit: cumq; perleētum Argentinam ad Rihe-
 lum typographum, ut mature excederet, misi. Oppiani de Aucupio li-
 brorum Paraphrasim, quam Venetiis olim mihi describendam curauit,
 Græcam Latinitate donavi, & nostra animalium historiæ passim inse-
 rui: editurus etiam seorsim, si occasio fuerit, cum aliis quibusdam Græcis,
 de animalibus scriptis, &c. Procopij Gazæi in Octateuchum (id est, prio-
 res octo veteris Testamenti libros) Commentarios Græcos, copiosos sanè
 & eruditos, ex eadem bibliotheca nactus ante annos aliquot, transcri-
 bendos curauit, & Con. Clauſero conuertendos dedi, ubi primum typo-
 graphus contigerit, Græce etiam editurus. De canibus Ioan. Caij Angli
 medici & philosophi summi libellus, cum nostris quibusdam additioni-
 bus, vel per se, vel cum alio quopiam ad animalia pertinente libro eden-
 dus, apud me afferuatur. Serpentium & insectorum historiae materiam
 copiosam congesisti. De lapidibus, gemmis & omnifossilium genere Ob-
 servationum syluam colligi. Remediorum secundum genera & locos di-
 gestorum, maximum numerum in schedis reposui. In Aristotelis quos-
 dam libros physici argumenti, paraphrases aut scholia, in alios Græce, in
 alios Latine, ex Græcorum interpretum commentariis concinnauit. Ad-
 mirandas Aristotelis narrationes emendaui, & meliori ordine digesti,
 Græce. Latina quedam & Græca carmina, Epigrammata, Idyllia, con-
 scripsi. Germanicorum nominum propriorum, virorum & mulierum,
 (quibus usq; est Germania, antequam sanctorum nomina ex linguis
 peregrinis)

peregrinis recipere, aliquot millia secundum terminaciones disposita habeo. Apparet autem in singulis pene certa aliqua significatio, ut vel ominis gratia, vel saltem non temere, sed certam ob causam imposta videantur, sicut & apud Gracos fere. Nihil autem antiquius in nostra lingua, & unde, qualis ante multa secula fuerit, magis appareat, extare puto. (* Hunc librum Marcus Widlerus Tigurinus, à Gesnero inchoatum, sc̄e auxisse, & absoluisse profitetur: eiusq; editionem pollicetur.) Germanicorum vocabulorum quam plurimorum ex Hebraica, Graeca & Latina, origines meditor, & alia quedam, si Deus concederit, sed ut res humanæ sunt, πολλὰ μελαχὺ πέληνύλινος καὶ χειλέος ἄκρα. Volutamen etiam nondum editas & imperfectas lucubrationes meas commemorare, partim ut viri boni ac eruditissimi, dum vixero, nunquam otiosum futurum, meq; & mea omnia reipub. literaria promouende perpetuo deuotissima fore intelligent: partim, ut qui etate ac valetudine firmiores & otio magis abundantes homines literati, similiter erga bona studia atque ego affecti, reperiantur, q̄ de rudibus atque inchoatis quibusdam meis materiam sibi expoliendam, perfacile impetraturi, postulare à me possint.

COROLLARIVM. Enchiridion rei medice triplicis. Illius primum quo signa ex pulsibus & urinis diuidicat. Deinde Therapeuticæ de omni morborum genere curando singillatim. Tertio Diæteticæ vel de ratione victus, præsertim in febribus. Hoc volumine continentur. De pulsibus libellus, ex Galeni libris collectus ac veluti informulam redactus, authore quidem incerto, sed diligentissimo doctissimoq;. De iudiciis urinarum tractatus ex probatissimis collectus authoribus, & in tabula formam confectus, adiectis etiam causis, quæ hanc vel illam urinam reddant, Ioan. Vasseo Meldensi authore. Morborum internorum prope omnium curatio, breui methodo comprehensa, ex Galeno præcipue & Mar. Gattinaria, per Iacobum Sylvium medicum selecta. De ratione victus in febribus secundum Hippocratem, in genere & singillatim.

lib.3.authore Brudo Lusitano medico. Prefatio Conradi Gesneri ad Achillem P. Gassarum medicum. Liber impressus Tiguri per Andream Gesnerum F. & Iacobum Gesnerum fratres, anno 1555. in 8. chartis 59. semis. Con. Gesneri de anima liber sententiosa breuitate, veluti per tabulas & aphorismos ut plurimum conscriptus, philosophie & medicinae studiosis accommodatus. Impressus Tiguri apud Iac. Gesnerum, 1563. in 8. chartis 15. De omni rerum fossilium genere, gemmis, lapidibus, metallis, & huiusmodi, libri aliquot plerique nunc primum editi. Ioan. Kentmanni Dresdensis medici Nomenclatur & rerum fossilium, que in Misnia precipue, & aliis quoque regionibus inueniuntur. Eiusdem, Calculorum qui in corpore ac membris hominū innascuntur, genera 12. depicta descripta, cum historiis. De metallicis rebus ac nominibus, observationes variae ex Schedis Georgij Fabricij. Seuerini Gæbelij medici de Succino lib. 2. prior Theologicus, posterior physicus & medicus: cum Corollario C. Gesneri. Valerij Cordi de Halosantho seu spermate Ceti liber, cum Corollario C. Gesneri. S. Epiphanij episcopi Cypr, de 12. gemmis que erant in ueste Aaronis, liber Græcus & Latinus, cum Corollario C. Gesneri. Fr. Ruei medici Insulani, de Gemmis aliquot, iis praesertim, quorum Ioan. in Apocalypsi meminit, & aliis quarum usus hodie apud omnnes percrebuit, lib. 2. Theologis non minus utiles quam philosophis. C. Gesneri, de rerum fossilium, lapidum & gemmarum maxime, figuris & similitudinibus liber: non solum medicis, sed omnibus rerum naturae ac philologie studiosis, utilis & incundus, omnia simul impressa Tiguri apud Iac. Gesnerum, anno Domini, 1565. in 8. chartis 67. Euⁿto^e 15^a. Ped. Dioscoridis Anazarbæ ad Andromachum, hoc est, De curationibus morborum per medicamenta paratu facilia lib. 2. Græce & Latine, partim à Ioanne Moibano medico Augustano, partim vero post huius mortem à C. Gesnero in linguam Latinam conuersi: adiectis ab utroq; interprete Symphoniis Galeni aliorumq; Græcorum medicorum. Argentinæ excudit Iosias Rihelius, anno 1565. in chartis 62. Iod. Willijchij

chij Magirica, emendauit & edidit Tiguri. Moschionis de Affectibus mulierum, liber impressus Basilea apud Guarinum, à Gasparo Wolphio editus. Euonymi seu de remedijs secretis pars secunda, edita à Gasparo Wolphio, Tiguri apud Froschouerum 1569. * Hic etiam modo in Germanicam linguam translatus est per D. Ioan. Iacobum Nuschelerum medicum. Epistolarum medicinalium Gesneri, libri tres editi sunt per Gasparum Wolphium. Itemq; Oxymellitis elleborati descriptio & versus: vna cum eiusdem de Aconiti primi assertione, ab eodem. Præterea quam plurimos Græcos & Latinos authores partim emendauit, partim scholiis illustravit, poëtas quidem Græcos Nicandrum, Orpheum, Aratum, Sophoclem, Euripidem, Hesiodum, Museum, Dionysium, Q. Calabrum, Coluthum, Tryphiodorum, Sibyllina oracula. Medicos, Areteum, cuius etiam capita quedam manuscripta in bibliotheca Gesneri afferuantur. Veterinariae medicinae libros. P. Eginetam, Simeonem Sethi, Celsum, Auicennam, Nicolaum Alexandrinum. Alios quoque autores emendauit, & quidem diligentissime, Athenæi Dipnosophistas. Scriptores rei rusticae. Stobæi sententias: item Antonij & Maximi monachi, quos Stobæo coniunxit. Iulij Pollucis Onomaticum. Seruantur etiam in eius bibliotheca libri nondum editi. Præterea Demetry Constantinopolitani de nutritione & cura accipitrum lib. 2. De canibus lib. 1. Græce. Epiphanij quedam Græca manuscripta. Petri de Musandinis, de cibis & potibus præparandis pro infirmis. Alexander Seitzen de Therapis & modo lauandi.

VIDEA-

VIDEAMVS IAM ET ELOGIA
 quædam illi facta, quorum præcipuum de-
 cantauit THEODORVS
 BEZA.

Tecælo mutante solum, GESNERE, volucres
 Quæcunque pennis æra permeant,
 Repleuere modis omnia tristibus,
 Migrantem amicum extrema supra sydera
 Omnes cum gemitu graui secuta.

Tecælo mutante solum, GESNERE, feroceſ
 Gemunt in antris bellue,
 Et stabuli pecudes oblitæ.

Sibilis Colubrite feri gemunt lugubre,
 Imisque quotquot sub cauernis
 Occulta terrarum colunt:

Et flaccidum plantæ virentes,
 Et pallidum flores nitentes
 Et flaccidum arbores comantes.

Regnate per humida,
 Et belluosus qua ferit undique
 Reboantia littora Pонтus,

Planctu

Planctu sonoro deflet Amphitrite,
 Et liquidis sub aquis pisces natantes mutitat:
 Naturate omnis deniq; ut suorum fidum An-
 tistitem
 Plorat sacrorum muta
 Futura deinceps; ni loquaris mortuus.
 Hac inter tibi turbatus, GESNERE, parentat
 BEZATIUS, Vati Vates, & amicus amico
 His incompositis innu meris numeris.

FELIX TRUBIVS.

Cum nossem terras, nossem genus omne ferarum,
 Aethereumque genus, squamigerumq; genus.
 Plantarum seriem cum vellem ponere certam,
 Mors operi intentum repperit atrameo.
 Et, GESNERE, tibi dixit spectanda supersunt
 Nunc tandem rutili sydera celsa poli.
 Linque igitur terras & corpora linque caduca,
 Cum Christo in cœli viuere posse datur.

V







*CAELIVS SECUNDVS CVRIO
Philosophus.*

AELIVS SECUNDVS CVRIO Italus, *Cyriaci Taurinorum* oppido natus anno 1503. Monticallerij educatus in prima pueritia fuit. Adolescens deinde Taurini ingenuis artib. imbutus est: qui cum ob sinceram fidei Christianæ doctrinam, quam ab ineunte etate, spreta superstitione Pontificia, amplexus fuerat, varias ab hostibus persecutio-nes, carceres, vincula passus est: semper tamen post tot Eporediæ, Taurini, Lucæ intentatas mortes atque flamas præsentissima numinis ope mirabiliter ereptus est: vnde per præci-puas Italiæ vrbes, ac præsertim Mediolanum atque Papiam fama eruditionis ac religionis suæ passim spargebatur, adeò ut ob Pontificis Romani insidias, amplius in Italia se tutum esse nō posse videret: quare Lusannæ primò amplius quadriennio ac deinde Basileæ, à qua & Magisterij

Insigniis ornatus & ciuitatis iure donatus fuit, philosophiæ & eloquentiæ studia professus est annis propemodum xxi. Tandem præclara sui memoria ad immortalitatem, tam docendo, quam scribendo post se relicta, excessit è viuis ætatis suæ anno 67. salutis humanae 1569. ad viii. Kl. D C B. opuscula quæ eleganter & pie conscripsit hæc sunt : Araneus siue de prouidentia Dei. Libellus de immortalitate animorum. de liberis pie educandis. paradoxa Christiana duo. Paraphrasis in principium Euangeliij S. Ioannis. Adhortatio ad religionem. Oratio de ingenuis artibus. *Oratio in laudem Scribarum.* Funebres Orationes duæ. Laudatio cuiusdam qui pro patria occubuit. Quatuor breves orationes è Græco versæ. Bernardini Ochini sermo ex Italico versus. pro vera & antiqua Ecclesiæ Christi authoritate in Antonium Florebello oratio. de omni artificio differendi atq; tractandi summa. Commentarij in Ioachimi Perionij de Dialectica libros tres. In eosdem libros Epitome. Pasquillus Ecstaticus, cum aliis etiam aliquot lepidis Dialogis, quibus præcipua religionis nostræ capita explicantur. De literis doctrinaq; puerili libri quinque

que & libellus *de ratione docendi Grammaticam.*
 Christianæ religionis institutio. Nizolij in Ciceronē obseruationes ab eo locupletatæ. de Mensuris Romanorum tractatus, cū Liuio excusus,
 simul cum præfatione in T. Liuium. Commentaria in Philippicas M. T. Ciceronis Orationes. Enarrationes in Orationes Ciceronis pro P. Quintio, C. Rabirio perduellionis reo, Lucio Cornelio Balba. T. An. Milone, M. Marcello, Q. Ligario, rege Deiotaro, & in inuectiuas quatuor in Catilinam, impressæ sunt ab Oporino cū variorum autorum in omnes Orationes Ciceronis commentariis. In M. T. Ciceronis topica explicaciones ad Iuris Ciuilis rationes, quod voluit Cicero, potissimum accommodatæ. Epistolarum selectarum libri 2. Orationum (inter quas & Agrippe contra monarchiam, & Mecænatis pro monarchia aduersaria orationes duas lectu dignissimæ, ex Dione Latinitate donatae continentur.) liber i. insunt autem Orationes quædam funebres Æschinis, Demadis, Demosthenis singulorum singulæ latine expressæ. Oratio de ingenuis artibus. de Rhetoricæ & partitionum Oratoriarum Ciceronis commoditate. de honore in pro-

mulgatione institutorum Academiæ Basiliensis. Frâcisci Spieræ Ciuitatulani historia ab eo ex Italica lingua in Latinam translata. *Oratio Honorij Traumani ad milites pro tuenda libertate Germania ex Germanica Lingua in Italicam à quodam alio, & deinde in Latinam ab eo translata.* Appiani de bellis Hispanis librum ex Græca lingua conuertit in latinam, ac præfationem eius editionis præfixit, qua vitam Gelenij describit. Librum de amplitudine regni D E I fecit. Francisci Guicciardini Historiam ex Italica lingua in Latinam conuertit. M. Antonij Sabellici historię nouum supplemētum adiecit. Historiam Meliten sis belli descriptsit. Thesaurum latinæ linguæ noua editione perconcinnatum edidit. item *libros tres de perfecto Grammatico. Parentatus illi fuit hoc Epitaphio,*

PAVLVS CHERLERVS.

*Arte potens, pietate grauis, sermone politus
Cælius hic molles in leni funere somnos,
Fuxta cara sibi, quondam sua pignora, carpit:
Cumq; his exurget priscis reuidendus amicis,*

Luce

Luce sub extrema: Cum tu fortissime I E S V
Vina D E I soboles, sonitu præunte tubarum,
Adueniens iudex liquidis in nubibus acer,
Judicioq; premes orbem, & noua præmia reddes:
Præmia grata probis: reprobis ingrata; sed & aqua,
Et fidei vacuis ipsorum debita factis.







*HVLDERICVS ZVVINGLIVS
Heluetius Theologus.*



V G T I natus est H V L D R I C H V S
Z V V I N G L I V S , anno 1493, est
uatem illud oppidum in Helue-
tiis, primam adolescentiam lau-
dabiliter in studiis peregit, idque
primum *Basileæ*, deinde *Bernæ*,
tum *Vienna Austriae* eum Basiliensis Academia
Magistrum artium & Philosophiæ pronuncia-
uit anno 1506. Postea ibidem sacrī literis initia-
tus est, fideli opera *Thoma VVitebachij Theolo-
gi clarissimi* usus. Sacerdos itaq; factus est primo
Claronæ Anno 1516. deinde Pastor eligitur in cele-
bri illo Eremitanę Virginis fano. Demum *Tignu-
rinæ* Ecclesiæ summus Doctor & Antistes con-
stituitur anno 1519. Is primus in Heluetia Pontifi-
cum indulgentiis fortiter se opposuit : Religio-
nem Euangelicam instaurauit : Fœdus cum ho-
stibus DE I impium fortissimæ nationi dissuasit

sedulò. Colloquium ob Eucharistiae negotium publicum cum Theologis Marpurgentibus habuit anno 1529. Bello tandem Heluetico ciuili, fungens ministerio suo in castris proque aris & focis fortiter pugnans occubuit Ætat. 46. Anno Christi 1531. x i. Octobr. Scripsit multa, quæ in quatuor Tomos digesta typis excusa sunt.

In primo Tomo continentur: Opus articulorum, siue conclusionum 67. paræneses ad communem Heluetiorum ciuitatem, ne Euangelicae doctrinæ cursum impedianter, nec licitis sacerdotum connubiis offendantur. Supplicatio quorundam apud Heluetios Euangelistarum, ad R. D. Hugonem episcopum Constantien. ne se induci patiatur, ut quicquam in præiudicium Euangeli promulget, neve scortationis scandalum ultraferat, sed presbyteris uxores ducere permittat. Apologeticus Archeteles appellatus, quo respondetur paræncsi R. D. Constantiensi ad Senatum præposituræ Tigurinae missæ. Suggestio deliberandi super propositione Hadriani Pont. Roman. Nerobergæ facta ad Principes Germaniæ. Apologia, qua in publicis Heluetiorum comitiis Berne congregatis, ad quædam falso sibi intentata crimina respondit. Epistola ad Senatum & populum, totamq; ecclesiam Toggiorum. Epistola ad communem Heluetiorum societatem, qua docet, Compatriotitatem matrimonij usum non impedire: simulq; monet, ne se se externorum insidiis turbari patientur. Parænesis ad vetustissimam Suitensium Remp. ut principum amicitias & insidiosâ alienigenarum munera caueat. De certitudine & claritate verbi Dei lib. 1. De Canone Missæ Epicheresis. De Canone Missæ libelli apologia. Aduersus Hieronymum Emserum canonis Missæ assertorem, Antibolon. Ad Fridolinum Lindouerū Bremgartensem concionatorem, super publica de gratia per Christum hallucinatione Expostulatio. Christiana & orthodoxa prudentiss. Tigurinorum

rium Costotiusq; Senatus responsio, ad Constantiensem episcopum, de Idolis & Missa. Ad Valentimum Comparem archigrammateum Vraniensem responsio, de Euangelio, Doctioribus, vel patrum authoritate, de Imaginibus, & Purgatorio. Isagoge in Euangelicam doctrinam, à prudentissimo Tigurinorum Senatu cunctis ecclesiarum tam in urbe, quam in agro ministris exhibita, ut ea instructi Euangelium pure prædicerent. Quo pacto ingenui adolescentes formandi sint, præceptiones. Pastor, quo docetur quibus notis veri pastores à falsis discerni possunt, & quid de utrisque sit statuendum. De duplice iustitia, diuina & humana, liber unus. De delectu & libero ciborum esu, de offendiculo item & scandalo liber: de casta, intemerata semperq; virgine Maria, sermo. Amannema de prouidentia Dei, ad illustriſſimum Cattorum principem.

Tomus secundus continet τὰ μωλεύματα, id est, pugnas quæ ipsi cum aduersariis suis intercesserunt, ut est, in Catabaptistarum strophas elenches. Ecclesiastes, id est, de ratione & officio concionandi liber, contra Catabaptistarum seditiones conciones conscriptus. De baptismo & eius prima institutione, anabaptismo, & paedobaptismo, id est, parvolorum & infantium baptismo liber, diuisus in tres tractatus. Ad Balthazaris Huebmeier Pacimontani libellum de baptismo editum responsio. Ad Petrum Gynoræum epistola, in qua de Fabro, Eccio, & Balthazare Catabaptista quedam compieries. De peccato originali declaratio, ad Urbanum Rhegium. De tumultuum & seditionum authoribus, & quinam seditionis merito dicendi sint, quatenus via ad Christianam pacem commode perueniri posset. Ad Matthæum Albertum Rutlingenium Ecclesiasten, de cæna Dominica. De vera & falsa religione Commentarius, ad Franciscum Galliarum regem. Subsidium sive Coronis de Eucharistia. Ad Io. Bugenhagy Pomerani epistolam, contra nouum errorrem, ut ille scripsérat, responsio: qua Eucharistie negotiū & Christi verba, Hoc est corpus meū declarantur. Ad Theobaldi Billicani epistoli re-

sponsio, eiusdem argumenti. Ad Urbanum Rheygium epistola, super eadem re. De cena Domini plana breuisq; institutio, in simplicium quorundam usum conscripta, ne argutis aliorum fallaciis decipientur. Epistola ad celeberrimam quandam Germaniae ciuitatem, quemadmodum ipsius quam Oecolampadij scriptis aditum ad se praecluserat. Ad libellum doctoris Io. Struthionis de cena Domini contra se scriptum responsio. Responsio brevis ad epistolam satis longam amici cuiusdam haud vulgaris, in qua de Eucharistia quæstio tractatur. Amica Exegetis, id est, expositione Eucharistie negotij ad M. Lutherum. Ad M. Lutheri sermonem in Wittenbergensi ecclesia pro substantialis corporis & sanguinis Christi in sacramento assertione, contra Suvermeros aut fanaticos publice habitum, pia & amica apologia seu responsio. Orthodoxa responsio, quæ Christi verba, Hoc est corpus meum quod pro vobis traditur, veterem ac unicum sensum perpetuo retinere: & Mar. Lutherum ultima suo scripto de Sacramento, nec suum nec pontificis sensum docuisse, aut confirmasse, docetur. Ad Mart. Lutheri librum, quem is Confessionem dixit, responsio. Ad Confessionem Mart. Lutheri responsio. Sermo primus Bernæ habitus, fidei sua confessionem, & eiusdem expositionem continens: tractat autem expositionem totius symboli Apostolici, & multa obiter de corporis Dominici natura, deq; Eucharistia differit. Sermo ultimus, quem apud Bernenses de constantia habuit. Ratio fidei ad Carolum quintum Romanorum Imperatorem. Epistola ad Illustriſimos Germanie Principes Augustæ congregatos, de Eccij conuitiis. Christianæ fidei brevis & clara expositione ad Franciscum Galliarum Regem scripta, paulo ante mortem eius. Ad Ioannis Eccij Heluetiorum Legatis Badenæ agentibus transmissam epistolam, Christiana responsio, qua Zwinglio intentata calumniæ diluuntur. Ad eiusdem epistolam & nouem pagorum Heluetia consilium Frouwenfeldæ initum, brevis & extemporanea responsio, Tigurino Senatui exhibita S.P.Q. Tigurini ad Ioannem Eccliam epistola saluum cōductum ipsi promittens, adiuncto simul Huldricti

Zuinglii epistolio. Ad duodecim Heluetiorum pagos, omnesq; fæderis eiusdem socios, de Badensi Disputatione epistola. Ad Ioannis Eccij propositiones septem, responsio prima. Ad Ioannis Eccij falsas & impias responsiones, in Badensi disputatione proditas, responsio secunda. Ad Ioannis Fabri μὴ πεποιημένων αλλαγήσατε, id est, nunquam transmissam epistolam, Responsio. Altera ad Ioannem Fabrum epistola, qua ad Fabri scriptum, quo Zuinglii ad duodecim Heluetiorum pagos, epistolam infectatus est, respondet. Tertia ad Ioannem Fabru responsio, libellum ipsius mendaciorum plenissimum, quem Nouitates dixit, confutans. Ad universos Christi fideles epistola, ut impium Fabriconatum, quo non ruper modò conscriptis libris, verum etiam noui Testamenti codicibus incendium molitur, caueant. Quo pacto mendaciorum doli, quibus hoc seculum nostrum scatet, caueri possint, breuis, sed exacta institutio. Acta disputationis prima, que R.D. Constantiensis episcopi Legatis cum Huldrico Zuinglio, & inter alios complures Tigurinæ diutoris ministros extitit, anno Domini 1523. mense Ianuario. Acta disputationis secunda, que coram universo Tigurinorum Senatu & verbi ministris circiter quingentis transacta est, anno eodem, mense Octobri.

Tomus tertius, ea que in Genesim, Exodum, Esaiam, Ieremiam Prophetas, partim ex ore illius excepta, partim ab illo conscripta sunt, una cum Psalterio Latinitate donato, continet. Psalterium ab Huldrico Zuinglio ex Hebraica veritate sermone Latino donatum. Complamationis Isaiae prophetæ fætura prima, cum Apologia, cur quidq; sic versum sit. Apposita est autem Diui Hieronymi traductio e regione versioni Huldrici Zwinglii: sic ut columnæ (ut vocant) columnis respondeant. Complamationis Ieremiae prophetæ, fætura prima: adiecta Apologia cur quidque sic versum sit, cum epistola nuncupatoria ad S.P. Q. Argentorutensem.

Quartus Tomus complectitur Annotationes in quatuor Euangeliastas, & Passionis Dominice historiam; item in Pauli apostoli epistolam

ad Romanos, Corinthios, Philippenses, Colossenses, Thessalonicenses, Hebraeos: præterea in Canonicas D. Iacobi, & primam Ioannis, epistolam. Annotationes, ex Huldrici Zuinglei ore exceptas. Brevis commemorationis mortis Christi, ex quatuor Euangelistis, per Huldrichum Zuinglum in unam seriem concinnata. Scripsit præterea Epistolas multas doctrinæ ac pietate mira refertas, quæ unâ cum Oecolampadij epistolis impressæ sunt. Et hactenus de Zuinglei lucubrationibus, quas vel ipse Latine scripsit, vel ab aliis, utpote Leone Jude, Rodolpho Gualthero, Gasparo Megandro, & Germanico in Latinum sermonem transfusas habemus.

CVIVS ENCOMIA HÆC HABETO: THEODORVS BEZA.

*Zuvinglius arderet gemino cum sanctus amore,
Nempe Dei in primis, deinde etiam patriæ:
Dicitur in solidum se deuouisse duobus,
Nempe Deo in primis, deinde etiam patriæ.
Quam bene persoluit simul istis vota duobus,
Pro patria exanimis, pro pietate cinis.*

A N O N Y M I.

*Quid tibi cum rabidi Martis furialibus armis
Docti ingenij Zuvingli fuit?
Transigeris costas putri porrectus arena,
Phalangis inter Principes:
Debue-*

Debueras inter sacras fenuisse Camænas,
Ac profuisse moribus.

TVMVLVS EIVSDEM.

Qui Christo & Patriæ vixit, docuit, vigilauit,
Pro Christo & Patria fortiter occubuit.

Sed quid rettulerit, qua tandem morte necetur:
Cui dum viuebat viuere Christus erat.

Zwinglius occubuit sed corpore, cetera nunquam:
Nam meliore sui parte superstes erit.

Rumpere liuor edax vita qui perpete Christo,
Quicq; bonis manet, haud mortuus esse potest.

Mors etiam lucro est, multo iam fænore mentis
Fortius exurgent semina iacta pia.

E T E O S T I C H O N .

Occubuit patrio bellator: Cinglius ense,
Et pressa est armis gens populosa suis.







*MARTINVS BVCERVS
Theologus.*

MARTINVS BVCERVS SELE-STADII celebri Alsatiæ oppido natus, Anno 1491. cui ex Dominicanorum cloacâ, Lutheri voce, VVormatiæ coram Cæfare libereloquentis, excito, variisque insidiis post appetito, restitutam apud se *Argentina* (vt & *Ulma*) lubens debet Ecclesiam: Cuius & Eruditionem singularem, & Zelum pietatis eximium, cum eximiâ prudentiâ cōiunctum omnibus seculis testabuntur, tūm doctissimæ ipsius lucubrations, & in publicis comitiis disputationes habitæ: tūm pro Ecclesiarum pace, quamuis non felici semper successu, labores exhausti. Is igitur Theologus verè *Aretius Bucerius*, post vicennium integrum, quo Argentinæ sacras literas in Ecclesiâ & Scholâ docuit, in Angliam demum profectus, *Edouardo v i*, religio-

Y fissimo

sissimo Rege vocante Cantabrigie in Academia
Theologiam, summo cum doctorum, piorum-
que omnium concursum, circiter biennium pro-
fessus, cum placida morte pridie Kl. Martij anno
1551, annum etatis agens 61. obiisset, quinto post
anno, euenso post Eduardi Regis obitum, reli-
gionis statu, erutus crematusq; anno 1566, mar-
tyrij palmam tulit. Quarto rursus anno post, ad-
mirabili rerum vicissitudine, sub Elisabetha Re-
gina, iudicio aduersus innocentem publice re-
scisso, in integrum restituitur, anno 1560.

Is plurima mandauit literis, cum vernaculo, tum latino sermone, ex
quibus haec enus latine edita sunt; Sacrorum psalmorum libri quinque,
ad Ebraicam veritatem planius quam vulgo genuina versione in lati-
num traducti, primum appensis bona fide sententius, deinde pari diligen-
tia adnumeratis verbis & argumentis adiectis. Explanatio eorum
dem familiaris, qua præter scopum & ordinem dictorum, singula prope
voces explicantur. Tractati sunt etiam aliquot loci communes ex fonte
scripturarum adhibita autoritate patrum. In sacra quatuor Euangelia
enarrationes. Metaphrases & enarrationes perpetuae Epistolarum D.
Pauli Apostoli. Dissidentium in speciem locorum scripturae, & prima-
rum hodie in religionis doctrina controversiarum conciliationes &
decisiones 24. commentaria in Epistolam ad Romanos. Epistola D. Pauli ad
Ephesios versa paulo liberius, bona tamen fide sententius Apostoli appen-
siscum commentario. Tzephaniah, quem Sophoniam vulgo vocant,
prophetarum Epitomographus, ad Ebraicam veritatem versus, & com-
mentario explanatus. Praefatio in quartum Tomum Postille Lutheræ

ne, continens summam doctrinæ Christi. Epistola explicans locum i. Corinthior. 10. an nescitis quod qui in studio currunt, usque ad, sed plures illorum non approbauerit DEVS, cum annotationibus in quæda pau-
cula Lutheri. Epistola Martini Lutheri ad Ioannem Hernagium, supe-
riora criminans. Responsio ad hanc Martini Buceri: item ad Pomeranum satis factio pro versione Psalterij. Pro vera Ecclesiarum in doc-
trina, ceremoniis & disciplina reconciliatione & compositione. Acta collo-
quij in Comitiis Imperij Ratisbona habitæ, que continent articulos de
religione concinnatos, & non conciliatos omnes, ut ab ipso imperatore,
ordinibusq; imperij ad indicandum & deliberandum propositi sunt, qui
liberet etiam germanice est editus. Contra Episcopum Abrincensem de-
fensio. Martini Buceri & Bartholomæi Latomi scripta duo aduersaria,
Disputata Ratisbonæ in altero colloquio anno Domini 1546, & col-
locutorum Augustane Confessionis responsa, que ibi eaperant, completa,
de iustificatione & locis doctrinæ Euangelicæ omnibus quos doctrina de
iustificatione complectitur: Tractata & decreta de concilianda religio-
ne in comitus, Ratisbonensi anno 1541. Spirensi 1544. Wormatiensi
1545. & Augustano anno Domini 1548. Ad Ecclesiam Anglicanam gra-
tulatio de religionis Christi institutione. Et responsio ad duas Stephani
Episcopi Wintoniensis Angli conuiciatrices epistolæ, de cœlibatu sacer-
dotum & canobitarum, in qua demonstratur S. Coniugij abstinen-
tiam contra D E I & Ecclesiæ leges exigi ab omnibus ad Sacer-
dotium & admissis & admittendis. Eiusdem responsio de Cœna Do-
minica ad objecta que contra veritatem Euangelicam Murnerus par-
tim ipse finxit, partim ex Roffensi & aliis pietatis hostibus sublegit.
Item per quos steterit, quo minus Haganœ proximis comitiis de com-
ponendo religionis dissidio initum colloquium sit. De optima ratione ha-
bendorum conciliorum & pacandarum Ecclesiarum. A quibus iure exi-
gatur restitutio honorum Ecclesiasticorum præterea in latinam lingua-
m translata Postillam maiorem (ut vocant) Lutheri: & Pomerani com-

mentaria in Psalmos. Epistola apologetica ad syncretioris Christianismi sectatores per Phrygiam Orientalem, & alias inferioris Germaniae regiones, in qua Euangeliū Christi vere studiosi, non qui se falso Christianos iactant, ab iis defenduntur criminibus, quae in illos Erasmi Roterdamii Epistola, ad Vulturium Neocomensem intendit. Apologia quasi dei suae atque doctrinae circa Christi cœnam, qua tum ipse tum alij Ecclesiastæ Argentinenses profitentur rationem simpliciter reddit, atq; ci-
tra dentem depellit, que in ipsum Epistola quedam Ioannis Brentij Ecclesiastæ Hallensis, in scio, ut creditur, authore edita, crimina intendit.
Non esse ferendas in Templis Christianorum imagines & statuas coli-
solitas, causa ex arcanis literis, sententiis patrum, edictis religiosorum
Cæsarum; Vnde candidus Lector videbit, quam pie Senatus Argen-
tinensis nuper Simulacra omnia cū aris eliminanda suis tem-
plis curauerit. Epistola in Euangelistarum enarrationes nuncupato-
ria, ad præclaram Academiam Marpurgensem, in qua quid heresis, quid
haeretici, & quatenus cum dissentientibus societas Christi seruanda sit
differitur: excutuntur quoque articuli conuentus Marpurgici. Con-
fessio quatuor ciuitatum Argentorati, Constantia, Memminge & Lin-
dauiæ, quæ sacratissima Casarea maiestati fidem suam in comitiis Au-
gustanis exposuerunt. Quid de baptismate infantium iuxta scripturas
DEI, sentiendum, excusis quaecunque vel pro hac observatione, vel
contra eam affirni solent. Epistola ad quendam hac in re dubium. Axio-
mata apologetica. De sacro Eucharistia Mysterio, & circa hoc Ecclesia-
rum concordia, quibus respondet Thematis Nicolai Amsdorfi, Argen-
toratenses falso criminantis: An statui & dignitati Ecclesiasticorum ma-
gis conducat admittere Synodus nationalem piam & liberam, quam
decernere bello, Epistole duæ Decani & Canonici cuiusdam. De concilio
& legitime iudicandis controversiis religionis, item criminum, quae in
eum Cochlaeus ad illustrissimos Principes, ac clarissimos ordines S. Roma-
ni Imperij per Germaniam, & quæ Ioannes Gropperus ad maiestatem
Impe-

Imperatoriam perscripsit confutatio. De vera & falsa cœna Dominica administratione lib. 2. in priori refutatur mutilatio Eucharistie, & docetur qua religione seruanda sint precepta DEI de ceremoniis: in altero de veris & falsis sacrificiis & oblationibus Ecclesie, virtus Missarum, cura mortuorum, Purgatorio agitur. altera aduersus Latomum responsio. Item prefatio ad patres, qui DEVM in synodo Tridentina timent, de causis, quæ pios homines ab ea synodo absterrerent. Prefatio in historiam de morte sanctissimi viri Ioan. Diazii Hispani: De regno Christi Iesu seruatoris nostri libri duo; ad Eduardum VI. Angliae regem, non solum Theologis atque Iuris peritus profuturi, verum etiam cunctis rem publicam bene & feliciter administraturis cognitu in primis necessarij. Praelectiones doctissimæ in Epistolam D. Pauli ad Ephesios habitæ Cantabrigie in Anglia, ex ore prælegentis collectæ & in lucem editæ opera Immanuelis Tremelij Theologie doctoris & eiusdem professoris in academia Heidelbergensi. De vi & usu sacri ministerij, cum in genere, tum de singulis partibus eius. Gratulatio ad Ecclesiam Anglicanam de religionis Christi restitutione, qua Argentorati ad annos usque 28. sonuit. Oratione inculca, quā habuit in academia Cantabrigiensi, cum publice in Doctorem Theologie crearetur. Exhortationis de Eucharistia. De eadem ad D. Petrum Alexandrum Gallum. Item de eadem ad D. Petrum Martyrem Vermilium. Censura sue iudicium D. Buceri super libros sacrorum Angliae à Thoma Crammero Archiepiscopo Cantuariensi petitum. De reformatione collegij Canonici formula. De examinatione Canonica ordinandorum. De ordinatione legitima ministrorum Ecclesie in usum reuocanda. De re vestiaria in usu sacrorum usurpata, ad D. Hopperum. De eadem re scriptum ad D. Thomam Crammerum archiepiscopum. Concio in locum Apostoli ad Ephesios cap. 4. Hortor itaque ego vos vivetis in Domino. Disputata publice in academia Cantabrigiensi, preside D. Bucero, à studiosis quibusdam excepta, ipsig post ad castigandum exhibita, postea vero aduersariis quoq; missa. Historia controversie in publica

blica disputatione agitata inter D. Bucerum & M. Iungum, de operibus hominum ante iustificationem factis. Scripta duo M. Iungi, quibus dogma suum Pelagianicum afferere conatur, ad Proancellarium & collegiorum praefectos missa. Eorundem confutatio per D. Bucerum, cum ex sacris literis, tum ex orthodoxis patribus. Cui sub finem aliquid subiicitur de usura. Quos iam commemorauimus libros seruat Conradus Hubertus ecclesiae Argentinensis minister, qui hos brevi volente Deo in publicum edet. Penes eundem sunt permulta alia Buceri scripta, de re eucharistica atque concordia. Tractatuli theologici non pauci. Questiones theologicae intricatae. Propositiones varie Argent. disputatae. Contra Schuuenckfeldium & Anabaptistas. Epistola plus quam ducente. Item vernacula lingua nondum edita. Ad Wilhelmum & Erasmus episcopos Argentinenenses scripta quadam de Interimistico negotio. De Synodis Argentoratensis. Consilia ad comitia Imperia- lia. De disciplina ecclesiastica. De scandalo dando & accipiendo. De vi- sitatione agrorum: & alia huic generis.

Porro Germanica lingua sequentes libri Buceri in publicum editi sunt. Ad senatum populumq; Wissenburgensem, Summarium con- cionis ibidem habitae, additis causis discussis sui, & articulis aliquot. Ne- minem debere sibi soli vivere, & quomodo hoc perueniri posat. Respon- sio ad criminationes aduersariorum in qua se pœnæ offert, si in vita & doctrina criminis alienius iuxta verbum Dei puniendi conuincatur: ac docet vitam cœnobitarum qualis nunc in usu est, Deo repugnare, id- eog; nulla votatione habita deferendam esse. De disputatione habita inter Conradum Tegerium Provincialem Augustinianorum & mini- stros Argentinenses brevis & vera expositio. De eadem disputatione Tregeri admonitio ad ministros verbi per Helvetiam, anno. Psalte- rium cum annotationibus Pomerani in Germanicam linguam transla- tum, anno. Causæ ex sacris scripturis allatæ reformationis Argentine factæ quoad Missam, Baptismum, ferias, imagines, cantum ecclesiasti- cum:

cum : addita sunt literæ ad illustrissimum principem Fridericum Palatinum Rheni, quibus admonentur magistratus ne patientur se à falso nominatis ecclesiasticis adaduci, ad damnandum inaudita causa doctrinam que scripturis sacris defenditur. Admonitio ministrorum Argentiniensium de caucndis articulis Iacobi Cautij, qui Anabaptistarum heresim spectant. Arbogastus dialogus de cena Domini, in quo tractantur omnia argumenta à Luthero in libro quem Confessionem inscripti proposita. Acta disputationis inter ministros Argentiniensis ecclesie, & Melchiorem Hofmannum habita. Preparatio ad concilium, hoc est, colloquia aliquot quomodo ab utraque parte Papistica & Euangelica concordia pia iniri & conservari possit. Catechismus maior. Catechismus minor in Latinam linguam conuersus à Ioanne Steidano. De vera & economia ecclesie ministrorum ordinatione, usu & administratione sacramentorum, de baptismo dando parvulis, & consensione circa sacramentum corporis & sanguinis Domini. Prefatio in librum de officio magistratum in causa religionis, conuersum ex Augustino ad Bonifacium, Colloquia de ecclesie ministerijs & actionibus, & quodnam sit magistratus officium in his curandis & mendandis. De vera animarum cura & pastorum officio quomodo in ecclesia instituendum & exercendum sit : ubi ostenduntur vera & causa inveniæ concordia & eutaxia constituerenda in ecclesia. Conciones tres in Euangeliū, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, &c. Matth. 11. habitæ Benfeldi, & magistratibus Alsaciæ inscriptæ addita exhortatione ad cogitandum de vera ecclesiæ reformatione. Colloquia aliquot ex diuino & humano in re de pace religionis tractata. De Iudeis an & quatenus inter Christianos ferendi sint. De bonis ecclesiæ, qui sint iusti horum possessores, quis sit horum abusus & rapina, ac quomodo commodissime vera & Christiana horum possessio & usus restituui possint. Item responsio ad dialogum contra Protestantes editū, sub nomine Conradi Treuu de Fridensleuen. Quis impedierit Hagano & ne colloquium de religione haberetur :

item

item quo iure à Protestantibus petatur restitutio honorum ecclesiastico-
rum: denique quid de pace religionis actum sit Augusta. Norimbergæ,
Francofurti, Haganoæ. 1540. sub nomine Varemundi Luitholdi. Omnia
acta & scripta de conciliandis religionis controvërsiis à Cæsarea maie-
state, Principibus & statibus imperij, & legatis Pontificiis proposita &
tractata in postremis comitiis Ratisbonensibus fideliter collecta, descri-
pta & explicata. Defensio prima eorum qui Euangelij causa Bonne ge-
runtur ac docetur. Coloniensis reformatio. Secunda defensio & expositio
præcipuorum capitum Christianæ religionis que Bonne & in aliis locis
archiepiscopatus Coloniensis traduntur, cum refutatione firma calu-
miniarum, que sub nomine Deputatorū Academie Coloniensis & Cleri-
secundarij Coloniae editæ sunt. Confutatio nouæ fidei à Louaniensibus at-
ticulis 32. Defensio reformationis Coloniensis. Vera unica & simplex
ratio Germanicam nationem reconciliandi in causa religionis, & quid
de hac re in comitiis actum sit, addita defensione iusta aduersus Io. Grop-
perifalsas criminaciones. Breue Pauli III. PP. ad Helvetiorum XIII.
pagos, & postulata legati Pontificij ut se iungant nouo fæderi Cæsar is &
Pape. Item eiusdem fæderis capita. Bulla preterea Pape, in qua belli
contra Euangelicos causa supplicationes indicit, & indulgentias promit-
tit: cum pia admonitione Buceri. Pia admonitio ad Cæsaream & Re-
giæ maiestatem, Princes & status imperij Wormatia congregatos,
de instituenda seria emendatione & reformatio[n]e ecclesiæ. Contrare-
stitutionem Missæ & reliquorum sacramentorum & ceremoniarum
Papisticarum. Christiana & simplex consideratio qua ratione tolerabi-
le aliquod initium reconciliandæ religionis fieri possit. Lipsie anno 1539.
præsente & consentiente Wicelio-composita: cum prefatione Bu-
ceri, 1545. Quam facile sit confessionem in religione totius ecclesiæ re-
formatio[n]em ad Germanos instituere, que g[ra]m sint præcipua huius rei im-
pedimenta & quomodo ea amoneri possint: addita profectione quod
paratus sit hæc contra Sophistas Colonienses probare coram Cæsarea &
Regia

Regia maiestate, &c. De colloquio Ratisbonensi, 1546. inchoato, & discessu auditorum & collocutorum quos principes Augustanae confessionis illuc miserunt. Psal. 120. explicatio ad Bonnensem ecclesiam, unacum refutatione famosi libelli contra piam reformationem, & Bucerum absque nomine editi, titulo, delineatio seu Effigies Buceri. Non esse admirandas grates afflictiones nostrorum temporum, neque animum propterea despondendum, sed erigendum piis consolationibus, &c. Epistola ad quandam afflictam & perturbatam Ecclesiam, Compendium doctrinae, que nunc ab annis 28. in Argentinensi Ecclesia sonuit, una cum refutatione calumniarum, quibus monasteriensis spiritus & doctrina ministris Ecclesiae Argentinensis tribuitur. Concio habita Bernae, & cum actis Disputationis Bernensis edita. ad Monasterienses de ministerio & Sacramentis liber scriptus nomine ministrorum Ecclesiae Argentinensis. Commentarij Martini Lutheri in duas D. Petri Epistolas in Germanicam linguam translati. Item latine edita à Sturmio scripta quedam de Eucharistia. Retractatio cum commentariis in Euangelia, & separatim quoque edita Latine, & ab authore germanice transmissa Senatus Bernensi. Cuncta hec Buceri Latina & Germanica scripta si in unum coniungerentur, efficerent Tomos IX. insta magnitudinis. Porro Historia Vita, illius obitus, sepulture, &c. edita est Argentinæ: Huic Encomia sua decantata sunt à Viris clarissimis, inter quos,

THEOD. BEZA.

Natales Bucere tuos Germania iactat,
 Nataibus felix tuis. (tur,
 Quis verò, & quantus fueris, tua scripta loquiun-
 Ad littus orbis ultimum.

*De Vita si quis rogitet; Germania dicet,
In Vita Bucerum expuli.*

*Ast ego sic pulsus (pia dixerit Anglia) foui,
Tandemq; texi mortuum.*

*Verum mox eadem (factum o immane) sepulcro.
Flammis cremauit erutum.*

*Fallor ego, totus terrena facis an expers
Bucere sic cælum tenes.*

IOANNES CHECVS.

*Vita grauis misero, grauior mors: sed tibi tanto
Mors nec Vita potest esse Bucere grauis.*

*Vita fuit Christus Mors lucrum: vivere cessas
Naturæ, at Christus vita perennis adest.*

*Alma fides Christi quam tu super astra ferebas
Te super astra eadem sustulit alma fides.*

*Cumq; tui mores, pietas, doctrina probentur:
Mors tua non grauis est, ergo grauis est eadem.*

*Mors grauis est nobis orbatis lumine tanto;
Non grauis est tibi, quæ vita beatæ tibi est.*

*Doctrina studium, Virtus & constantia, mortis
Exitus, o idem sit mihi Christe precor.*

GVILHELMVS BVCLÆVS.

Lis est, Germanus fuerit ne Bucerus, an Anglus,

Utraque gens causam quo tueatur habet.

Mundanum celebris fecit Germania ciuem,

Cælestem ciuem terra Britanna facit.

At cælum mundo longe est prestantius, ergo

Conditio melior terra Britannatua est.

PETRVS CANDIDVS.

Ornauit, docuit, conformauitq; Bucerus:

Templa, scholas, urbes: eloquio, arte, fide.

IOAN. LAVTERBACHIVS.

Doctrina rerum Bucerus cultus, & arte

Infida liber Sortis in orbe iocus.

Iactatus terra, pelagi iactatus & undis,

Ob Christum forti pectore damnatulit.

Sortis contemnens ludibria, damnaq; rerum,

Doctrina sparsit semina pura D E I.

Non operum docuit meritis aeterna mereri:

In Christo sola iustificante fide.

*Et patriā cedens, à Rege vocatus ad Anglos,
Externa vixit non diuturnus humo.*

*Hi sine mente fidem reuocantes, condita quamuis
Ingrati nudant corpora, dant querogo.
Post Reginam tamē cum magno corpus honore
Restituens cineres ponere curat humo.
Somniet in mundo ne verbi doctor honores:
Sortis enim Verbi doctor in orbe iocus.*

A N O N Y M I.

*Ludibrium sortis, varie iactatus ARETI,
Semina doctrina pandis ubique tua.*

*Præreptum fato tumulauerat Anglia corpus
Mox cadit in tristes atra fauilla rogos.
Regia sed cineres Virgo miserata repositos,
Urna suprema iussit honore coli.*



181





Naſo Tabernis, Rhenanus in Palſu
 Anno 1560.
 O. Cantabrigiæ, in Anglia
 Anno 1560 per Iacobum Nouomodo
 Exemplatur ibidem anno 1560
 Restituitur ubi anno 1560

Tu vero ſequere & fratrem ne defere frater,
 Par cum Buccero gloria parta tibi.



P A V L V S F A G I V S
Theologus.

AVLVS FAGIVS *Tabernis*
Rhenanis natus in Palatinatu
anno 1504. prima studiorū fun-
damenta Heidelbergę posuit, de-
inde cum sanctae linguæ studio
arderet incredibili, sub Capnio-
ne Doctore (cui postea successit) Argentinæ ad
miraculum vsque peritissimus eius euasit, ipsis
Iudæis testibus. Isnæ primum moderator scho-
læ, deinde Pastor factus est Ecclesiæ. Vsus autem
patrono incomparabili Petro Buflero eius vrbis
primario Senatore, in sancta linguâ exornandâ,
vnâ cum Elia Leuita Iudæo Veneto doctissimo,
Argentinam demum vocatur: prius tamen vrbē
Constantia per biennium reformata, Argentine
demum munus Pastoris simul & Doctoris egre-
giè sustinuit anno 1544. Tandem periculosisſi-
ma Germaniæ tempestate, Cæsare Victore, in
Angliam abreptus cum Bucero collega & Syna-
spide,

spide, Cantabrigiâ vix salutatâ (heu) mortuus est anno 1550. pridie Idib. Nouembr. annum vitæ agens 45. non absque suspicione veneni. Eandem anno quinto post cū Bucero Martyrij palmam, Marianis temporibus exhumatus ac crematus tulit. Simul postea cum eodem, sub Elisabethâ Regina ipsius memoria in integrû restitutâ, anno 1560. Is edi curauit libros aliquot partim Hebraicos, partim etiam à se conuersos, adiutus opera Venetiis accersiti Heliæ Leuitæ Iudei, vt ipse testatur in præfatione super Thisbiten Heliæ à se translatum, qui liber ab authore Thisbi vocatus est à numero vocum 712. quæ in hoc opere expli- cantur. Præter hunc edidit etiam sententias verè elegantes, pias, mireq; cum ad linguam discendam, tūm ad animum pietate excolendum vti- les, veterum sapientum Hebræorum, quas Ca- pitula aut Apophthegmata patrum nominant, in latinum à se versas scholiisque illustratas, im- pressas Isne latine & hebraicè. Itē sententias mo- rales ordine Alphabeti Ben Syræ, vetustissimi au- thoris Hebrei, qui à Iudæis nepos Hieremiæ Pro- phietæ fuisse creditur, hebraicè & latine eodem interprète, cum succincto commentario. acce- dit

dit Tobias Hebræus, vt is adhuc hodie apud Hebræos inuenitur (ex vrbe Constantinopolitana recens transmissus, ita vt illic olim excusus erat) cum translatione Fagij, qui etiam puncta editiōnibus in gratiam rudiorum subiecit. Precationes Hebraicæ, quibus in solennioribus festis Iudei, cum mensa accumbunt, adhuc hodie utuntur, & quo modo, ordine & ritu eas dicāt: ex quo videre licet vestigia quædam ritus veteris populi, quem & Christus in coena sua, vt eam Euangeliſtæ, præsertim, Lucas describunt, in quibusdam obseruauit. Paruuus item tractatulus ex libro fidei, Iudei cuiusdam ad Christianismum conuersi ante annos 200. in quo obiter ostendit causas aliquot, propter quas multi Iudei, etiam si veritatem agnoscant, ad fidem nostram accedere videntur, impressæ cum translatione Fagij. Expositio dictionum Hebraicarum literalis, & simplex in quatuor capita Geneseos, pro studio sis lingue Hebraicæ circa finem adiicitur paraphrasis Chaldaica Onkeli, quam Targum vocant, in eadem capita, cum versione latina. Liber fidei seu veritatis, quem doctus quidam Israëlitæ, ante multos annos edidit, ad comprobandum fidem Chri-

stianorum perfectā esse & niti super fundamen-
tum sacræ veteris scripturæ ; hebraice & latine
eodem interprete prima quatuor capita Gene-
seos Hebraice cum versione Germanica è regio-
ne, Hebraicis tamen characteribus exarata, eaq;
iuxta vſitatem Iudæorum interpretationem ad
verbum translatę, vna cum succinctis in fine ad-
iectis scholiis, & ratione legendi Hebræogerma-
nica. Compendiaria Isagoge in linguam He-
bræam. Commentarios Rabi Dāuid Kimhi in
prioris aliquot Psalmos Hebraicè & Latinè ex
sua versione edidit. Eliæ Leuitæ præfationē He-
braicam in Lexicon eius Chaldaicum, quod et-
iam imprimēdum ipse curauit. Idem Thargum,
hoc est, paraphrasin Onkeli Chaldaicā in quinq;
libros Moysis ex Chaldaico in Latinum fidelissi-
me transtulit, & in singula fere capita breues do-
ctasque annotationes adiecit. Scripsit etiam col-
lationem præcipuarum quæ in vſu sunt transla-
tionum in Genesin. Elegans est tum aliorum,
tum epigramma hoc, quo illi parentatus est,

G V I L H E L M V S D A I V S.

*Bucero primas dedimus, tibi Paule secundas,
Et damus, Hebræa gloria prima Scholæ.*

Hoc

Hoc uno inferior Bucero Paule fuisti,

Quod prior extremum cernis adesse diem.

Verum illo maior Bucero Paule fuisti,

Quod prior aeterno iussus adesse DEO.

In reliquo similem duxisti tempore vitam.

Ambo salutiferi buccina fida DEI.

Ambo stelliferi sparsisti seminare regni:

Semina prouentu non caritura suo.

Vnde utrumque DEVS magno dignatus hono-
re,

Utrunque ad superi transtulit astra poli.

Et ne vestra queant communia fata putari,

Qualia sunt quae nos, vulgus inane, ferunt.

Mors postquam è vita, solitè vos lege tulisset,

Restituit sacris ossa cremanda focis,

Non ut confessi tantum, sed ut ultima passi,

Scandatis celsi sydera summa poli.

Felices animæ, superas licet iustis ad oras,

A vobis vestrum nomen abire nequit.

Eximia semper viuetis laude perennes:

Quam canet Aoniis nostra Thalia modis.

GVILIELMVS VVICHA.

N. V. S.

Dulcibus ut Christi Fagius requiescat in vlnis,
Sustulit è terris in suæ tecta D E V S.

Papa quod, ut sanctus superas migravit ad oras,
In terris tumulo non dedit esse lacum.

Flammea sed primam sequitur mors altera mor-
tem,

Quodque erat in terris, id datur omne rogis.
Morte sed ex gemina duplex en vita resurgit.

Altera dat terris, altera adesse D E O.

Mens agit in summis, licet usus corpore, cælis,
Viuere nobiscum viuida fama facit.

Esse quid hoc dicam? certe est mirabile dictu:
Interimunt unum, non duo fata, virum.

Aaspera non nullis vitam mors abstulit una:
Nil Fagio mortis spicula bina nocent.

Sic sanctis Dominus mediis dat viuere flam-
mis,

Sic sancta iustus viuet ad usque fide.

IOAN-

IOANNES LAVTER.
BACHIVS.

Ut genus humanum pauit glans fagina quon-
dam.

Quam prius è variis mensa grauata cibis
Fagius interpres sacrorum candidus, orbis
Conditor Hebrao cui dedit ore loqui.

Pro meritis operum peragrans Sionia Tempe,
Sic auditori sacra fruenda dedit.

Haud opera parsens plantauit sacra docendo :
Haud æri, linguam souit, Apella, tuam.

At quæ protanto cumulauit dona labore,
Dum sibi non studuit sed Pietatis opi?

Ni miserans hominis sortem, Buslere, fuisses,
Et coniux, rerum nil tenuisset inops.

Mille reliquistis solidos, pluresque benigni :
Fudit in Hebraos, quos dedit ære, libros.

Quod non incæptos absoluit cura labores,
Hunc rapuit nondum terra Britanna senem.

Quamque tuis fuerit studiis ingrata, sepulchro
Nudata in cineres ossa redacta monent.

Sunt ingrata p̄ij mundo bona pr̄stita: recte
Pr̄mia profactis tristia sanctus habet.



III VXX

191.





E M B O C C U M B R A
JOANNES OECOLAMPADIVS
Basilien. Ecclesia Pastor.

JOANNES OECOLAMPADIVS Germanus natione, patriā habuit VVinsbergam Franciae oppidum, vbi lucis usuram primu cepit Anno Christi 1482. Optimarum artium Baccalaureus, mox & Magister Heidelbergæ factus est; Iurisprudentiæ primò operam dedit Bononiæ in Italia: reuersus autem deinde in Germaniam, & Ioāne Capnione usus Doctore in academiâ Tübingensi trium linguarum peritissimus euasit: vnde professione Theologus esse maluit, quam Iurisconsultus: Quare primò patriæ, deinde Basileæ, post Augustæ, Ecclesiastes factus est. Sacræ autē Theologiæ Doctor creatur anno 1516. Multum ille hinc inde variis iactatus casibus, primus tandem Euangelicæ doctrinæ auctor, & summi Templi verus Episcopus, Basileæ constitutus, ut doctrina sic vitæ sanctimonia colédiffimus fuit.

Bb

Tan-

Tandem magno cum luctu totius urbis & desiderio, peste grassante fidus gregis sui Pastor & Pater, anthrace correptus placide & pie in domino obdormiuit paucis post Zwinglium diebus, Aetatis 49. anno Christi 1531. Kl. Decembribus. Scriptis multa, quae in certas classes digesta subiicimus:

EXEGETICA: in Genesin annotationes ex ore Oecolampadij in schola publice interpretantis excerptæ. Exegemata in librum Iob. In Esaiam commentariorum libri sex. In Ieremiam commentariorum libri duo. In Threnos Ieremiæ enarrationes cum præfatione Capnionis. In Threnos Ieremiæ homiliae germanicæ, translatæ etiam in latinam linguam. In Ezechielem commentarius per Capnionem editus cum Epistola Grynæi. *De morte Oecolampadij* & *vita ipsius per Capnionem* descripta. Expositio primi capitil Prophetæ Ezechielis de officio magistratus & subditorum edita germanice, est autem multo copiosior quam latina, quæ cum integris commentariis habetur. In Danielem commentariorum libri duo. In Hoseam, Ioëlem, Amos, Abdiam, Ionam, & duo capita Micheæ annotationes.

tiones. In postremos tres Prophetas, Haggæum, Zachariam & Malachiam commentarius, idem germanice quoque editus est. Conciones in aliquot Psalmos ex ore concionantis excerptæ & in latinum sermonem versæ. Conciones in totum Psalterium, Ezechielem, Danielem, Enarrationes in Euangelium Matthæi. Annotationes in Euangelium Ioannis. In Epistolam ad Romanos annotationes. Explanations in Epistolam ad Hebræos, ut ex ore prælegentis excerptæ. Deme-
goriæ, id est, Conciones x x i. in Epistolam Ioan-
nis primam. Eadem in germanicam linguam
conuerit & edidit Caspar Hedio.

D I D A S C A L I C A. Quod non sit onerosa Christianis confessio. De ritu Paschali ad Capitonem. Ad sacrarum literarum lectionē exhortatio. Liber de genuino sensu verborum domini, hoc est corpus meum, ex vetustissimis docto-
ribus, idem germanice editus. de discrimine ver-
bi interni & externi. de dignitate Eucharistię ser-
mones duo, quorum prior habitus est in die san-
cti Thomæ lecto Euangeliō Ioannis 21. Secun-
dus in vigilia Natalis. de nō habendo pauperum delectu, sermo in Epistolarum volumine excu-

sus. De gaudio resurrectionis sermo, in quo de
mysterio tridui contra Sophistas. Sermo in ver-
ba Thomæ. Dominus meus & Deus meus, in
quo de vera paupertate tractatur. Sermo de Eu-
charistia, quem iuuenis scripsit. Sermo de passio-
ne domini. Sermo de venerando & laudando
Deo in Maria. Sermo de intercessione Diuorū
cōtra Faibrum. Oratio ad Clerum Augustanum
de Expostulatione Christi cū Petro ablutionem
pedum recusante. Liber Epistolarum; Concio-
nes populares in aliquot loca noui Testamenti,
impressæ cum Enarrationibus in Matthæum.
Concio ad puellos cum expositione Symboli a-
postolici. Oratio habita anno 1526. Oratio habi-
ta coram senatu Basiliensi, de reducenda excom-
municatione apostolica. Oratio Synodica. Con-
cio Bernæ in disputatione habita. Cōcio de can-
tico Simeonis. Conclaves in Euangelium Mar-
ci, in Epistolam ad Colossenses, item per totum
annum. Libellus quod missa nō sit sacrificium:
item *quod imagines, quæ ad cultum prostant sint*
tollenda è templis, et si quidam dubitant an hic
sit Oecolampadij. Quomodo in ordinem redi-
gendi sacrificuli, cōsilium. Catechismus siue in-
stitutio

stitutio puerorum in religione. Epistolarum Oecolampadij & Zwingli liber. Annotationes in varia Chrysostomi opuscula ab ipso in latinum versa. Opuscula Prosperi, August. & Ambr. contra liberum arbitrium ab Oecolampadio congesta, & cum præfatione ipsius edita. Dragmata vel Enchiridion græcæ linguae.

APOLOGETICA. Repulsio Apologiæ sacrificij Eucharistie, quam Amb. Pelargus Dominic. senatui obtulit. De sacrificio missæ contentio contra August. Marium. Ellebotum pro Iacobo Latomo Theologo. Ad Bilibaldum Pirckheymerum de Eucharistia responsio prior: ad eundem responsio posterior: ad Theobaldum Billicanum Nordlingiacensem concionatorē Epistola; quinam in verbis cœnæ alienum sensum inferant. ad Ecclesiastes Sueuos antifyngamma, vbi respondet ad singulas Syngrammati illorum sententias de cœna domini. modesta responsio ad M. Lutheri institutionē de Eucharistia, vñā cum responsione ad Syngamma Ecclesiastarū Sueviæ germanice. Secunda responsio ad eundem germanicè. Tertia responsio ad eiusdem confessionem de cœna Christi ē germanicalingua in

latinam conuersa. Institutio de anabaptismo, magistratu, & iureiurando, contra Caroli N. articulos, germanicè. Responsio ad Balthasarum Hubmeyer Anabaptistam germanicè. Themata C X I I I . Basileæ disputata in auditorio Theologorum. Quid de Sacramento veteres senserint, Dialogus, cui insertæ sunt Epistolæ Philippi Melanchthonis & ipsius Oecolampadij. Acta Disputationis Badensis.

CONVERSA è GRÆCO. Textus libri Genesios secundum LXX. interpretes. Diui Chrysostomi Homiliae 66. in Genesin. Annotationes in acta Apostolorum. Pseigmata in Epist. ad Corinthios 1. Sermo de Eleemosyna, & alia quæ in quinto Tomo operum D. Chrysostomi Frobennianæ editionis continentur. Diui Cyrilli cum Hermia Dialogorum de Trinitate lib. 7. Eiusdem argumēta; quod Spiritus Sanctus sit Deus. De adoratione & cultu in spiritu & veritate Dialogus. contra Julianum Apostatam pro religione Christiana lib. 10. de recta fide in Christum libri 3. Sermo de eo quod Deus factus sit homo. Defensio anathematismorum contra reprehensionem Theodoreti ad Euoptium. Gennadij Patriarchæ

archæ Cōstantinopolitani Epistola de Simonia.
Gregorij Nazianzeni sermo de moderationis disputationibus. de laudibus Cypriani. de amandis pauperibus. de laudibus Machabæorum. Gregorij Neocefariensis Episcopi metaphrasis in Ecclesiasten Salomonis. Item Canones. Gregorij Nisseni Oratio de vita Mosis. Ioannis Damasceni sermo, quantum defunctis profint viuentium bona opera. Nicephori Carthophylacis epistola de ligandi & soluendi potestate. Petri Archiepiscopi Alexandrii canones pœnitentiales. Thalassij Hecatontades quatuor. Theophylacti Episcopi Bulgariæ in quatuor Euangelia Enarrationes.

In Germanicam linguam conuertit libellum Basilij contra usurarios & de regula monachorum, & alia quædam. Huic parentatus grauissime ita cecinit,

THEODORVS BEZA.

Oecolampadius serena nuper
Lampas, æde sacra D E I, coruscans,
Qualis limpidiorue puriorue,
Vix ullis micuit lucerna seclis,
En mortis iacet obrutus tenebris.

At

*At vobis male sit, mala tenebrae
Lucis munere qua breui fruentes,
E heu, nos miseris homunciones
Nocte sic premitis tenebricosam.*

*Sed bene hoc cecidit, nigræ o tenebrae,
Quod dum ipsam petitis, male, lucernam,
Laternam tamen obruistis una:
Laterna ut lateat quidem hic sepulta,
Ipsa sed magis emicet lucerna.*

A N O N Y M I.

*Cecropiis quod & ante Solon cordatus Athenis,
Et tibi bellipotens Sparta Lycurgus erat.
Diuinis: lubeat recte modo legibus uti:
Oecolampadius hoc Basilæa tibi est.*

P. C A N D I D V S.

*Clara sacrâ Domini lampas fulgebat in æde,
Oecolampadius tunc ubi præco fuit.*

HIERONYMVS TREVTLERVS.

*Multa dedi, docuiq; vagum dispersa per orbem,
Quæ pia posteritas, si qua futura, legat.*

For-

JOAN. OECOLAMPADIVS.

201

Forsitan Hebrae dicar doctissimus ore:

Ut pereant lites, laus stet ut ista, sat est.



Cc





P E T R V S M A R T Y R
Vermilius Theologus.

ETRVS MARTYR Vermilius, Florentia urbe Italiæ nobili natus, & ab ipsa pene pueritia bonarum literarum ac in primis religionis studio inflammatus, primum se Sancti Augustini Canonicorum ordini addixit in Fœsulano Cœnobio. postea Patauij totius Philosophiæ, & lingue Græcæ, mox Bononiæ etiam Hebraæ linguae exactam adeptus fuit notitiam: adeò ut sacriss concionibus habēdis omnium illius ordinis per totam Italiam princeps habitus fuerit. Æterni demum luminum datoris cœlesti irradiatus luce, cum Joanne Valdesio Hispano prima instaurandi Christianismi fundamenta Neapoli, ac deinde Lucæ iecit. Mox Romæ vſtulandus ingratæ patriæ valedicens, Tigurum primum, inde Basileam, post Argentinam procurāte Martino Bu-

cero vocatur. Quin & cū eodem in Angliam ab
Edouardo sexto Rege euocatus Oxonium ad pro-
fitendum sacras literas : Marianis tamen mox se-
cutis temporibus, iterū cessit ab Anglia, Argen-
tinamque in pristinum locum restitutus est. De-
niique senecta suæ portum optatum sortitus Ti-
gurum, sacras ibi literas per quinquennium ma-
xima cum omnium attentione & admirazione
interpretatus est, & tandem praeclaros laborum
suorum testes post se reliquens libros prope in-
umeros, obiit placide anno 1562. Ætatis 63. pr.
Id. ix BR. Scripta vero ab ipso, edita hæc sunt:
Catechismus siue Symboli explicatio Italice:
Commentarij doctissimi in Epistolam priorum
D. Pauli ad Corinthios. Commentarij in librum
Iudicum. In Epistolam D. Pauli ad Romanos
Commentarij. Defensio doctrinæ veteris & a-
postolice, de Sacro sancto Eucharistiæ sacra-
mento, aduersus Stephani Gardineri librum, quem
ille primum sub commentitio nomine Antonij
Cōstantij, deinde proprio suo ipsius nomine ap-
posito euulgauit, opus longe accuratissimum, in
quo quicquid de Eucharistia in sacris literis, Pa-
trum Conciliorumq; monumentis proditum
est,

est, accurate & copiose tractatur. Disputatio de Eucharistiae sacramento habita in celeberrima vniuersitate Oxoniensi, de eadem, retractatio ibidem habita, hi duo libri editi sunt vna cum defensione doctrinæ de Eucharistia. Defensio ad Richardi Smythæi Angli, olim Theologiæ professoris Oxoniensis. Duos libellos de cœlibatu sacerdotum, & votis Monasticis. Porro post obitum eius sequentes libri editi sunt. Commentarij in duos libros Samuelis. Commentarij in primum librum Melachim, & posterioris libri undecim capita priora. Commentaria in primum librum Mosis. Commentarij in primum, & secundum, & tertij libri Ethicorum Nicomachiorum Aristotelis initium. Precum ex Psalmis libellus Epitome defensionis aduersus Stephanū Gardinerum. Confessio de cœna domini exhibita Senatui Argentoratensi. Sententia de præsentia corporis Christi in Eucharistia, proposita in colloquio Poissiaco. Epistola de causa Eucharistiae ad virum quendam magni nominis, hæc simul cum oratione de vita Martyris impressa, sunt. Eiusdem loci cōmunes ex variis ipsius auctoris scriptis in unum librum collecti, & in qua-

Cc 3 tuor:

tuor classes distributi: Accesserunt huic editioni ab ipso authore P. Martyre scripti, nec antea publicati Loci de libero arbitrio, Prudentia D E I, Prædestinatione & causa peccati. Ad hæc Orationes siue Conciones, nec non Quæstiones aliquot & Responsa: Epistolæ item partim Theologicæ, quibus varij loci explicantur, partim familiares, cum præfatione D. Rodolphi Gualtheri Tigurini, de usu & utilitate locorum communium, & de formandis Concionibus: Indice item rerum & verborum copiosissimo. Præterea commentarij Martyris in Exodum, in Prophetas aliquot minores. Epistolæ item & Orationes aliqua nonnulla eius manuscripta seruantur à *Julio Terentiano*. De Martyre hoc ita cecinit,

THEOD. BEZA.

*Tusciate pepulit, Germania & Anglia fouit,
Martyr, quem extinctū, nunc tegit Heluetia.
Dicere qua si vera volent, & nomine dicent,
Hic fidus Christi (credite) Martyr erit.
Utq; ista taceant, satis hæc tua scripta loquuntur,
Plus satis hoc Italis exprobrat exilium.*

IOAN-

IOANNES SCHESLERVS.

Petrinomen habet, firmo qui a robore Christu M
 E docuit, stabilis qui solet esse Petr A
 Testis erat viuus, sed nūc monumēta loquuntu R
 Religio vera & quid pietatis habe T
 Urna viri cineres habet hæc: colit aetheris a S Y
 Spiritus, illustris viuit in orbe labo R.

Prosopopœia librorum P. Martyris.

Si præsens animi latentis index
 Est Oratio, sicut eruditus
 Rerum nos docuit magister usus:
 Si morum documenta sunt libelli,
 Nostro nil melius probatius ue.
 Dum vixit potuit parente fingi
 Nil disertius, eruditius ue:
 Nobis nam genitis parente tanto
 (Verum dicere si quidem licebit.)
 Nil sincerius est, probatius que,
 Nil politius, elegantius que.
 In nunc liuoredax, tuum quererode

Et

Et Cor & digitos, & omne quicquid
 Infelix rabies vorare suadet,
 Cirum ni tibi plaudis & triumphas,
 Inuictus quia miles iste Christi
 Nunc vinctus iacet, & iacet sepultus.
 Imponis tibi turpiter Scelestē:
 Saltem reddidit id, quod ante fato
 Se debere sciebat & sepulchro:
 Et hoc sponte quidem volensque fecit.
 Iam vita satur & satur laborum:
 Sed quā parte sui perire nescit,
 Immortale modo perennat eūum,
 Latit Cœlicolum beatus oris.

Nec nos interea decus parentis,
 Nec famam celebrare desinemus,
 Dum connexa poli suos tenebunt,
 Cursus, in statione dum manebunt,
 Sol & Luna diesque, noxq; donec
 Alto flumina se mari recondent:
 Toto nos etiam legemur orbe:









HENRICVS BVLLINGERVS

Heluetius, Theologus.


HENRICVS BVLLINGERVS
 natus Bremogarti oppido Hel-
 uetiorū, anno 1504. primo Em-
 bricæ, deinde Coloniæ Agrippi-
 næ artibus liberalibus informa-
 tus, Magisterijque titulo ibidem
 exornatus fuit. Postmodum ludo literario Ca-
 pellæ prefectus, per integrum sexennium iuuen-
 tuti erudiendæ operam dedit, quod stadium vbi
 cum laude decurisset, sacris deinde Conciona-
 bus in patriâ præfetus est. Tandem Tiguri Pa-
 stor & Antistes Ecclesiæ in Zwingli locum suf-
 ficitur, eamque annis quadraginta tribus singu-
 lari fide atq; industria administrat. Lucubratio-
 nibus deniq; propemodum infinitis, partim de
 religione Didacticis & Exegeticis, partim Pole-
 micis & Dogmaticis passim in toto orbe Chri-
 stiano nobilitatus, obiit senex Tiguri 17. Septembris
 anno Christi 1575. Scripsit autem varia latine &

germanice, quæ ab ipso autore, in certas classes digesta fuerunt, prout sequitur:

D I D A C T I C A .

TOMVS PRIMVS: *Catechesis pro adultioribus scripta de his potissimum capitibus. De principiis religionis Christiane, Scriptura sancta. De Deo uno vero & aeterno. De fædere Dei & vero Dei cultu. De lege Dei & decalogo mandatorum Domini. De fide Christiana, & symbolo apostolico. De invocatione Dei, & oratione Dominica, & de sacramentis Ecclesie Christi anno domini 1519. ad ludum literary Tigurini magistros. Compendium Christianæ religionis decem libris comprehensum, quo continetur simplex & brevis summa fidei nostræ ex verbo Dei petitæ: in qua absq; omni contentione & coniunctiis perspicue traditn quid omnibus ac singulis Christi fidelibus cognitum necessarium sit: quid ab illo sit credendum, faciendum, vitandum, patiendum, & quomodo beatæ hinc migrare possint: Ad Wilhelmm Landgrauum Hassie 1556.*
Liber hic ab authore Germanice primū editus fuit, & in Latinam linguam translatus à Iosia Simlero. Extat quoque Gallice. Sermonum Decades quinque de potissimum Christianæ religionis capitibus, in tres Tomos digestæ, variis dicatae, & diuersis editæ temporibus: Sunt autem in Gallicam quoq; linguam conuersæ & impressæ. Item translate in Germanicam per Ioannem Hallerum Bernæ.

TOMVS SECUNDVS, *Confessio & Expositio simplex orthodoxæ fidei, & dogmatum catholicorum sincerae religionis Christianæ, concorditer ab Ecclesia ministris qui sunt in Helvetia, Tiguri, Berne, Schaffusii, Sangalli, Curia Rethorum & apud confederatos Aarullhusii, item & Biennæ. Quibus adiunxerunt se & Genevensis Ecclesia ministri. Ab eodem authore Germanice edita: Extat quoque Gallice. Ecclesiæ Euangelicas neque hereticas neque schismaticas, sed plane orthodoxæ.*

zas & catholicas esse Iesu Christi ecclesias, apodixis, ad illustrissimum principem D. Georgium Comitem Wirtenbergensem & Montisbelgardi, &c. Editus quoque est Germanice liber hic ab authore. Antithesis & compendium Euangelica & Papistica doctrine: Vnde nullo negotio quiuis intelliget, quantum inter se hodie partes distent, & quid partium qualibet vel probet vel improbet. Eadem Germanice edidit author. Antiqua fides & religio quod à mundi initio durauerit. Latinitate donatus liber à Diethelmo Cellario. Instructio eorum qui ab inquisitoribus de fide examinantur, quid ad illorum questiones respondere debeant. Respondetur autem in hoc libello articulis quos Bauaricos uccant. Libellus editus germanice, & in Latinam linguam translatus à Simlero. De testamento seu fædere Dei unico & eterno, brevis expositio, fecit ipsemet author Germanicum. Vtriusque in Christo natura tam diuina quam humana, contra varias hereses, pro confessione Christi catholica assertio orthodoxa. S. Vigiliu[m] martyris & Episcopi Tridentini libri 5. p[ro]p[ter] 5 & elegantes quos ille ante mille annos contra Eutychen, & alios hereticos parum pie de naturarum Christi proprietate & personæ unitate sentientes conscripsit: hos cum vita authoris, & argumentis singulis libris prefixis, una cum marginalibus annotationibus illustravit Henricus Bullingerus, ad Ioannem Trauerum Rhetum. Adiunctum est huius operi & euulgatum ab eodem opusculum eiusdem generis, cui titulus, Orthodoxa & erudita D. Joachimi Vadiani, viri clarissimi epistola, qua hanc explicat questionem, An corpus Christi propter coniunctionem cum verbo inseparabilem, alienas à corpore sibi sumat conditiones? nostro seculo per quam utilis & necessaria, scripta est à D. Vadiano ad Henricum Bullingerum. Institutio matrimoni Christiani. De sacri matrimonij institutione, quando, ubi, quomodo, & à quo institutum sit: quid sit, quomodo rite contrahatur, quæ sint eius cause, fructus & decus: contra autem quam indecora scortatio & adulterium: de coniugis electione: de fide, amore, & officio coniugali: de recta liberorum educatione 1540.

Institutio ægrotantium, qua paucis & simpliciter cum ægrotantes tum qui ægrotos instituunt, docentur: & præparationis ad mortem doctrina continetur: per Diethelnum Cellarium latinitate donata. Prosopopœia expostulationis Dei Opt. Max. cum Heluetiis, quam plurima beneficia Dei benignitate eis exhibita commemorantur, ipsisq; ad respicendum inuitantur indicatis etiam rationibus, quæ ad verum Dei cultum, & uitam concordiam eas perductura erunt.

TOMVS TERTIVS. Festorum dierum Domini & Seruatoris nostri Iesu Christi sermones ecclesiastici XXIIII. In his habet lector plenam fere & continuam Iesu Christi Domini nostri historiam. Incarnationis videlicet eius, Natiuitatis item, Circumcisionis, Reuelationis, Passionis & mortis, denique Resurrectionis ex mortuis & Ascensionis in cælum. Missionisq; sancti Spiritus in Apostolos. Et quis inde ad nos fructus redeat. Quæ viciſſim illi debeamus officia. Præmissa est his preſatio de sabbato & feriis Christianorum. Sermones duo de officio Magistratus & subditorum, item de iure iurando: ad amplissimum virum D. Georgium à Stetten Patricium Augustanum. De vera hominum peccantium pœnitentia, & amplissima Dei erga eos misericordia Homilie tres, in duo poſtema Iona capita, &c. excusæ Germ. De conuersione hominis ad Deum conciones ſex in octauum caput Actorum, de conuersione Eunuchi regine AEthiopum, ad generoſum & nobilem virum D. Philippum mareschallum hæreditarium à Bappenheim. Conciones due in XVII. caput Matthæi, De Christi transfiguratione, & glorificatione fidelium in vita eterna, Item Iesum Christum eſſe verum Meſſiam. De vero auxilio & liberatione ex omnibus periculis, concio ex 14. capite Matthæi. De vera & constanti fide in omnibus periculis & tentationibus, concio ex decimoquinto capite Matthæi. De cæna Domini nostri Iesu Christi, eius institutione, & præparatione ad recte ſumendum conciones 2. à Lud. Lauathero in Latinum sermonem conuerſe. De salute fidelium, quomodo ſcilicet ab origine ſalutis hominibus per verbum Dei & sacramenta

menta annuntiata fuerit. De veris sacrificiis Christianorum , concio ex 23. cap. Epistola ad Hebreos. De extremo iudicio conciones duas in 25. caput Matthaei. De summo gaudio, summoq; lucet extremæ diei, qua Christus ad iudicandum viuos & mortuos veniet & vocatis ad se fidelibus aeternam felicitatem largietur, infideles vero repudiatos perpetua damnationi addicet, fidelis admonitio & consolatio, ad N.V. Georg. Stettenum. De fine seculi, & iudicio venturo D.N. Iesu Christi, degg periculis nostri huius seculi corruptissimi grauissimis : & quaratione fiant innoxia piis. Orationes duas : quibus exponuntur verba Christi de fine seculi Matth. 25. & Danielis vaticinium de regno Papæ ac fine eius, cap. 7. denig. Pauli verba 2. Tim. 3. de extremi seculi periculis, & scripture & plenitudine & præstantia. Basileæ apud Oporinum. De Prophetæ officio & quomodo digne administrari posse, Oratio. Adhortatio ad ecclesiæ Christi ministros omnes, ut abieciatis controversias, Christum solum ac veram in ipsum fidem & vitæ respicientiam concorditer & simpliciter prædicent: in latinam linguam translatâ à Iosia Simlero. De origine Machometanae religionis, & Turcicis Imperatoribus, & eorum aduersus Christianos victoriis, libellus Matthiae Erbij, ab illo inchoatus, à Bullingerio recognitus & auctus atque editus Germanica lingua, ad generosum D. a Rapolstein. De persecutionibus quas ecclesia Christi patitur, & illarum causis & pœnis persecutorum, &c. Iosias Simlerus Latine reddidit : Iohannes Baptista Mullerus Gallice. * Homiliae duas consolatoria in Psalmum 130. & 133. germanice.

TOMVS QVARTVS. Prefatio in Biblia Latina noua. De operi eius in instituto & ratione ad Christianum lectorem. De omnibus sacra scriptura libris, eorumq; præstantia & dignitate, expositiō ad Christianum lectorem. Epitome temporum & rerum ab orbe condito, ad primum usq; annum Iothan regis Iude. In qua præcipue attinguntur, quæ pertinent ad sacras literas illustrandas, & ad veram antiquamque religionem & eius certitudinem, progressum item & mutationem cognoscendam,

dam, unicum sex tabulis chronicis à temporibus Iotham usque ad excidium urbis Hierosolymorum, deductis, potissimum pertinentibus ad expositionem Danielis prophetae. Daniel sapientissimus Dei propheta, qui à vetustis Polyhistor, id est multis in dictus, expositus homiliis 66. quibus non tam sensus prophetæ redditur, quam usus & fructus prophetæ ostenditur, adeoq; omnibus in ecclesia docentibus monstratur, quo modo perspicue, iusto ordine, & cum utilitate, populo Dei hic propheta prædicari posse: ad episcopos Angliae accessit epitome temporum & rerum ab orbe condito ad excidium usque ultimum urbis Hierosolymorum.

TOMVS QVINTVS. Isaia excellentissimus Dei propheta, cuius testimonii Christus ipse Dominus & eius Apostoli creberrime usi leguntur expositus 190. Homiliis, quibus non tam sensus prophetæ redditur, quam usus & fructus eius in ecclesia Christi ostenditur: ad illustrissimum principem & Dom. D. Philippum seniorē Hassiae Landgrarium. Ieremias prophetæ expositus concionibus 160. Quibus perspicue & vere docetur, quod hodie multis comitiis & consultationibus inueniri non potuit, quomodo videlicet bellis compositis, tranquillitas in orbe Christiano recuperari, & pax salusque publica conseruari posse: ad amplissimum virum D. Wolfgangum Waidnerum Wormatiensem. Threnorum seu Lamentationum Ieremia brevis explicatio, qua cause ostenduntur interitus urbium & regnum, & remedia salutaria indicantur: ad Cl. V. D. Ioannem Steigerum amplissimum reipublica Bernensis questorem.

TOMVS SEXTVS. In sacro sanctum D.N. Iesu Christi Euangeliū secundum Mattheum commentariorum libri 12. ad clarissimos viros Dominum Ioannem Habium & Dietelnum Rostium urbis Tigurinae consules. In Euangeliū secundum Marcum, commentariorum libr. 6. In euangelium secundum Lucam. Commentariorum libr. 9. ad amplissimum virum D. Ioannem Welserum clarissima urbis Augustae Vindictæ.

Vindelicorum consulem. In Euangelium secundum Ioannem commentariorum lib. 10. ad amplissimum virum D. Joan. Radolphum Lauatherum Tigurinæ urbis questorem. In Acta Apostolorū commentariorum lib. 5. Quibus exponitur quæ fuerit sanctæ Ecclesiæ infantia, quæ incrementa, quæ ecclesiæ iustæ facies, &c. ad clarissimum Senatum populumq; Francofordiensem ad Mænum. Series & digestio temporum & rerum in actis Apostolorum descriptarum.

TOMVS SEPTIMVS. In omnes Apostolicas S. Pauli Apostoli Epistolas 14. Commentarij. Item in Epistolas Apostolorum Canonicas 7. Commentarij. In Apocalypsim Iesu Christi, revelataam quidem per Angelum Domini, visam vero & exceptam atque conscriptam à Ioanne Apostolo & Euangeliſta, Conciones 100. Versæ sunt in Germanicam lingua à Ludouico Lauathero: præterea Gallice, Anglice & Polonice extant.

TOMVS OCTAVVS. Perfectio Christianorum, Iesum Christum D. N. à Patre cœlesti datum esse mundo Saluatorem, in quo fideles veluti in compendium recollecta habeant omnina, quæ ad veram pietatem descendam, vitamq; vere beatam consequendam & retinendam pertinet, ita ut nihil sit opus ea aliunde colligere: ad Christianissimum, eundemq; potentissimum Francorum regem Henricum II. Demonstratio. Descripturae sanctæ auctoritate, certitudine, firmitate, & absoluta perfectione, deg̃ Episcoporum, qui verbi Dei ministri sunt, institutione & functione, contra superstitionis tyrannidisq; Romanæ antistites: ad seruissimum Anglia regem, Henricum VIII. libri duo. De gratia Dei institiente, propter Christum, per solam fidem, absque operibus bonis, fide interim exuberante in opera bona, lib. 4. ad Sereniss. Daniæ regem Christianum. De origine erroris lib. 2. ab ipso auctore recogniti, & aliquot locis præclare aucti. Priore agitur de Dei vera inuocatione iusta & cultu vero, de deorum item falorum religionibus, & simulachrorum cultu erroneo. Posteriore autem libro, De institutione sacræ cœnae Domini, & de

origine & progressu Missæ Papistice: contra varias superstitiones, prius religione vera, antiqua & orthodoxa: ad clarissimos viros D. Ambrosium Blaurerum, & D. Petrum Simlerum. De conciliis: Quomodo Apostoli Christi Domini in primitiua ecclesia suum illud cœciliū Hierosolymis celebrauerint, & quanto cum fructu quantaq; cū pace. Quomodo item Romani pontifices in extrema mundi senecta à quingentis & amplius annis sua concilia celebrarint, & quanto cū danno perturbatione q; fidelium, breuis ex historiis commemoratione, in duos distincta libros: ad Cl. V. D. Bernhardum à Chaam amplissimæ reipub. Tigurina Cos.

POLEMICA TOMVS NON VS. Prefatio ad libros Simleri, de Aeterno Dei Filio, quare respondetur libello Anonymo (cuius tamē auctorem quidam Osium esse volunt) qui inscribitur, Iudicium de censura ministrorum Tigurinorum & Heidelbergen. de dogmate contra adorandam Trinitatem in Polonia nuper sparso, Ad Ioannis Fabri Vienensis episcopi libellum, De admirabili noua victoria, Responso, in qua differunt, an religionis causa victi sint Heluerij Euangelicæ professionis, Ad Ioannis Cochlei de Canonicæ scripturæ & catholica ecclesiæ auctoritate, libellum pro solida scripturæ authoritate, tum & absoluta eius perfectione, veraq; catholicæ ecclesiæ dignitate, Responso orthodoxa, Brevis à T. Coñi, sive responso secunda ad maledicam implicatamq; Cochlei de Scripturæ & ecclesiæ auctoritate Replicam, vna cum expositione, De sancta Christi catholica ecclesia: ad illustrissimum Principem & Dominum D. Ottонem Henricum Palatinum Rheni, &c. De Anabaptistarum origine, progressu, variis sectis, deg; præcipuis eorum dogmatibus, & argumentis quibus sua probant, vna cum accurata singulorum confutatione lib. 6. in Latinam linguam translati à Iosia Simlero: ad Cl. V. D. Georgium Mullerum amplissimæ Reipub. Tigurinæ consulem.

TOMVS DECIMVS. Apologetica expositio, qua ostenditur, Tigurinæ ecclesiæ ministros, nullum sequi dogma hereticum in cœna Domini: libellis quorundam acerbis opposita, & ad omnes sinceram veritatem

statem, & sanctam pacem amantes, Christi fideles placide scripta. Confessio ministrorum ecclesiae Tigurinae, in qua exponitur eorum fides & doctrina veteri orthodoxae ecclesiae consentiens de principiis capitibus religionis nostrae, & principiis de cena Domini, ac respondetur coniunctis Lutheri, quae effudit in sua Breui confessione. Germanice scriptus liber, & a Rodolpho Gualthero Latinitate donatus. Tractatio verborum Domini, In domo Patris mei mansiones multæ sunt, ex 14. capite Ioannis: ad præclarissimum virum D. Nicolaum à Diesbach, Bernensem. Responſio, qua ostenditur sententiam de Cœlo & dextera Dei, priori libello ex sancta Scriptura & Patribus propositam, aduersaria D. Ioannis Brentij sententia, nondum esse euersam, sed adhuc firmam perstare: ad eundem Germanice & Latine. Fundamentum firmum, cui tuto fidelis quis inniti potest, &c. In hoc libro breuiter & simpliciter respondeatur Brentij libro contra Petrum Martyrem & Henr. Bullingerum edito, De maiestate Domini nostri Iesu Christi ad dexteram Dei Patris. Ad eundem Germanice & Latine. Repetitio & dilucidior explicatio consensus veteris orthodoxæ & catholicae & Christi ecclesiae, in doctrina Prophetica & Apostolica, de inconfusis proprietatibus naturarum Christi Domini, in una indivisa persona permanentibus, adeoque de veritate carnis Christi, ad dexteram Dei patris in celo sedentis, & non ubique presentis. Ac altera parte huius libelli perstringitur ultimus ille Ioan. Brentij liber inscriptus Recognitio. Ad testamentum Ioan. Brentij nuper publicatum, Breuis, necessaria & modesta Responſio ministrorum ecclesiae Tigurinae, omnibus fidelibus ad indicandum proposita. Bulle Papistica ante biennium contra Serenissimam Francia, Anglia & Hybernia Reginam, Elizabetham, & contra inclytum Anglia regnum promulgata Refutatio, orthodoxæ & Reginæ & uniuersi regni Anglia defensio. Ad Reuerendissimos Anglia Episcopos, Eboracensem, Elyensem, Sarisberiensem. Londini liber excusus Latine, & in linguam Anglicam translatus.

Porro præter illa, quæ bis decem Tomis continetur, scripsit anno Domini 1530. aduersus Anabaptistas libros quatuor, & librum de Annuis redditibus, Germanica lingua, sed Leo Iude libros in Latinam linguam translavit, & auxit, & pene nouum opus fecit. Verum auctor plenissime omnia exposuit in postremis libris 6. aduersus Anabaptistas. Edidit etiam librum, de Hebdomadibus Danielis, quem tractauit in Homiliis in Danielem. Scripsit etiam librum de Sacramentis, quem Ioannes à Lasco, cui legendum & indicandum, auctor miserat, in Anglia edidit, hic postea ab auctore integer fere translatus est in Decades suas. Eiusdem responsio ad septem accusationis capita, quæ hodie maxima importunitate per calumnias, summaḡ cum iniuria quidam inquieti, scriptis suis in capita coaceruauit, Ministerorum ecclesie Tigurinae. Initio idiomate Germanico edita, iam vero Latine redditā, per Iosiam Simlerum, professorem sacrarum literarum in schola Tigurina. Eius vitam descripserunt Cl. V. D. Iosias Simlerus, & Ioannes Guilielmus Stuckius.

THEODORVS BEZA.

*Doctrinæ si interire, si Pietas mori,
Occidere si Candor potest,
Doctrina, Pietas, Candor hoc tumulo iacent,*
HENRICE, tecum condita:
*Mori sed absit illa posse dixerim,
Quæ viuere iubent mortuos.
Imò interire forsitan illa, si queant,
Subire que tumuli specum.*

Tu

Tu tu illa doctis, tu piis, tu candidis,
 Et non mori certissimis,
 Tenaci ab ipsa morte chartis asseris,
 Ipso approbante numine
 Fœdus beatum! mortuum illate excitant,
 Et tu mori illa non finis.
 At hunc, amici, cur fleamus mortuum,
 Qui viuit aliis & sibi?

R O D V L P H V S G V A L -
 T H E R V S .

Cum Bullingeri Pietas hic conderet ossa:
 Hoc sita sunt, dixit, viscera nostra loco.
 Et tota in lachrymas effusa hac addidit: Eheu
 Natale vale, ab nullitate secunde, vale.
 Quid loquar? est toti Virtus tua cognita mundo,
 At miserum prohibet dicere plura dolor.
 Quod tamen optata sospitus pace quiescis:
 Quod tua mens Cœli recta beata colit:
 Me recreat mœstam, at tu, Christe salutifer, ipse
 Sum pedum, atq; tuas nunc rege Pastor oues.

E e 3 Pelle

Pelle lupo stabulis, hircos procul inde salaces
 Eiice, & unanimem protege Christe gregem.

IOAN. SERRANVS.

Mosis ministri voce maximam DEVS
 Hæreditatem adiecerat
 Suo Israeli: non eam Moses tamen
 Adit, sed eminus videt.

Henrice, maius contigit quiddam tibi:
 Cum Zwinglio primus propè
 Ad initia pugnasti DEI imperio: ast ubi
 Athleta magnus Zwinglius.
 Cesit, quietem consecutus: tu nouis
 Henrice, viribus potens
 Prodis: peremptis hostibus victoriam
 Refers: trophya splendida
 Victoriae victor statuis: lustris meant
 Per plurimis cursus graues,
 Quem victor instas, patriæ in dulci sinu.
 Felixque votorum senex
 Compostuorum. Tum DEVS dixit tibi:
 Quiesce tandem, ô optime,
 Quiesce

Quiesce tandem serue, iam satisti
Satis laborum est: percipe
Parta cælo præmia: dixit D E V S
HENRICVS annorum satur
Concessit in cælum: beatus & modò
Fruitur beatis sedibus.

I O A N. R V D O L P H V S
BYGELIVS.

Henricus Bullingerus post fata quiescit
Contiguus Petri Martyris exuuiis.
Quid mirum? unanimes quondam, nunc corpore
iuncti
AEternum seruant nomen amicitia.
Heluetius quamuis erat alter, & Italus alter:
At vox de Christo consona utriusque fuit.
Excepit geminum tellus Tigurina cadauer,
Fortunati ambo, quo docuere loco.
Papa quid insanis? superis in sedibus una
Gaudia cum Christo mens utriusque capit.
Succedant alij quibus est Ecclesia cura;
Qui legis hæc supplex usque precare D E V M.
R O-

224 HENRICVS BULLINGERVS.
RODVLPHVS LEE
MANNVS.

Bullingerus in hac teneor celeberrimus urna,
De quo si quid aues nosse viator, ades.
Ter quinque à nato numerabis sacula Christo,
Jungere queis totidem iungere lustra velis.
Mortis habes annum: fuerant sed meta senecta
Bis septem mensa tot quoque lustra mea.
Aergonium genuit: Tigurina Ecclesia summum
Pastorem undena fuit olympiadas.
Si quos pertulerim quaras pro gente labores;
Nullum illi hospes habet innumeri numerum.



XXX

225



Ff





VVOLFGANGVS MVSCVLVS,
Theologus.



OLFGANGVS MVSCVLVS
Dusæ oppido Lotharingiæ, Alsatiæ finitimo natus, anno 1497. in
prima adolescentia professus est
vitam monaſticā, religionis ni-
mirū & honesti ocij ergō: post-
ea verò veritate agnitâ Pauli exemplum ſecutus,
victum aliquādiu Textor opere manuario quæ-
ſiuit: demum minister Ecclesiæ Argentinensis à
magno illo D E I feruo Mart. Bucero pietate do-
ctrinaq; ſuā approbata constituitur. Deinde Au-
gustæ Vindelicorum viro optimo & doctissimo
Urbano Regio ſuccellit: in qua ciuitate ipfe Eu-
angelicam doctrinā ſyncere professus, tūm con-
cionādo, tūm ſacras literas laboriosiſſimis com-
mentariis illuſtrādo, tūm Græcorum ſcripta La-
tine interpretādo, multis deniq; obitis pro tuen-
dā verā religione in Comitiis Imperij legationi-
bus, nomen in orbe Christiano adeptus eſt cla-
rissimum.

rissimum. Tandem bello Germanico exul Bernę
sacrarum literarum Doctoris munere functus
in scholā, per totos annos quatuordecim obiit
placida morte 3. Cal. Septemb. anno Christi 1563.
ætatis 66. Ioānis Chrysostomi in D. Pauli Episto-
las commentarios latinitate donauit. Sermones
duos contra missam fecit, VVitebergæ habitos.
Scripsit commētaria in Euangelistam Matthæū
tribus Tomis digesta. Anticochlæum primū, ad-
uersus libellum Ioannis Cohlæi, pro sacerdotij
ac sacrificij nouae legis defensione. Proserus, li-
ceatne homini Christiano Euangelicæ doctrinæ
gnaro papisticis superstitionib. ac falsis cultibus
externa societate communicare, Dialogos 4. sub
 nomine Eutychij Myonis editos. Commenta-
ria in totum Euangelium Ioannis. in Nazianze-
no ab aliis non versa ipse transtulit. Enarrationes
in totum Psalterium Dauidis. Idem ex Græcâ lin-
guâ in Latinam varia diuersorum authorū scri-
pta transtulit, veluti ex Basilio librum Epistolarū
Basilij & Nazianzeni, ac aliquot aliorum patrū
Ethica & Ascetica Basilij. De vita solitaria Regu-
las quas vocat contractiores. Homelias aliquot,
vt pote de opificio hominis duas, De sancta Tri-
nitate,

nitate, De Spiritu sancto. Cōtra Sabellianos, Ar-
rium & Anomaeos, de martyre Mamante, de Bar-
laam martyre, de Pœnitentia, de Humilitate. Nō
esse adhærendū rebus secularibus; de Instructio-
ne venientium ad Baptisma. Quomodo bapti-
zetur in Euangeliō, sermo in 13. capita diuīsus, de
Paradiso. Scholia Basilij in totum Psalterium. Ex
Cyrillo Epistolas numero 39. Homelias aliquot;
de Incarnatione verbi D E 1, Exegesin dictam in
die Ioannis Baptistæ. Contra Ioannē Antioche-
num Episcopum. Contra Nestorium. Contra Apo-
pollinarium. Cōtra Nestorium aliam, Pauli Em-
serij de incarnatione Christi. Eiusdem alterā ho-
meliam Cyrilli de incarnatione Domini. Apolo-
giā ad Theodosium interpretēm. Declaratio-
nem 12. Anathematismorum, quos posuit Ephē-
sinum Conciliū Epistolas Synodales 32. Dogma-
ta Nestorij quæ Cyrillus impugnauit. Ex Atha-
nasio Synopsin sacræ Scripturæ noui ac veteris
instrumenti. Quæstiones Veteris ac noui Testa-
menti numero 140. Libellum de finibus. Syno-
psin Theodori Episcopi Tyri. Ex Historiis Eccle-
siasticis. Eusebij decem libros de rebus Ecclesia-
ticis. Quinquelibros eiusdem devita Constan-

tini. Socratis Ecclesiastici Historiographi, libr.9.
 Theodori lectoris lib.2. Euagrij Monachi libr.6.
 Ex Historiis prophanis quinq; libris Polybij qui
 iam antea extant duodecim Epitomas adiecit.
 Præterea scripsit commētaria in Genesin. Com-
 mentarios in Epistolas Pauli ad Romanos & Co-
 rinthios. Ad Philippens. ad Colonicens. ad Thes-
 falonicenses 2. & 1. ad Timotheum. Explicatio-
 nem in decalogum Præceptorum D E I. Locos
 communes Theologicos. Germanice verò scri-
 psit, de Concilio Tridentino dialogos tres. De di-
 uisione Decalogi. Quatenus iniuria sit ferendo
 homini Christiano. Contra impurum Catechi-
 sum. De iuramento contra errorem Anabapti-
 starum dialogum. Contra missam Papisticam,
 aliquot Conciones. Dialogos sex de bello in Ger-
 mania anno 1546. exorto. Adiiciam elegantiæ er-
 gō Hendecasyllabos quibus Theodorus Benzius
 eum cohonestauit: sunt autem hi:

Magnum dicere musculum pusillum,
Cum sit auribus insolens Latinis
Magnum hunc dicere Musculum quod ausim:
Quamuis puluere conditum pusillo,

Si causam rogitas viator: audi.
 Haudquaquam fuit iste mus pusillus,
 (Ipsum si libeat vocare murem.)
 Filiarum ex numero famelicarum,
 Quæ felis rapidos verentur ungues:
 Sed qui ipsos potius catos rapaces,
 Quantumuis solitos, potentiorum
 Fpsis cum dominis domos vorare,
 Vt uos perculit & suo pauentes
 Adhuc nomine territat sepultus.
 Immò quem tremuit quoque illarupis
 Tarpeia arcibus incubans Leana,
 Orbis magnanimos vorans Monarchas.
 Magnum & dicere Musculum pigebit,
 Quamuis puluere conditum pusillo?

Elegantissimum est & Gesneri in eundem
 quod sequitur Carmen.

Musculus ut vastis immensa per aquora cetis
 Pranando piscis dux solet esse via.
 Ne brevia aut syrtes, scopuline pericula vita
 Insidiane villa dira creare que ant.

Musc-

*Muscule sic Bolgange viam mortalibus agris
Felicem ad cœlum (nomen ut insinuat:)
Monstrabas viuendo pie, sancte que docendo,
Nunc terra hac corpus, sydera habet animam.*



233



Gg





CONRADVS PELLICANVS
Theologus.



ONRADVS PELLICANVS Rubeaquensis, Alsatus, is ubi prima studiorum fundamenta ie- cisset, præclaramq; operam in ar- tibus & in linguis tum Heidel- bergæ, tū Basileæ nauasset (quo quidem animi sui voto vt potiretur, aliquandiu Basileæ Franciscanorum ordinem professus fue- rat, mox tamen eundem abdicauit, & Euangeli- cam doctrinam amplexus est) linguaæ Hebrææ solidam cognitionem adeptus suit. Quare pri- mūm Basileæ sacrarum literarum, deinde Tiguri multis annis earundem professor claruit, per honorifice ab omnibus habitus. Scripsit in ynu- ersum corpus sacrarum literarum, vnde nō mi- nis sui celebrationem longe lateque propagauit. Vir singulari eruditione, maxima vitæ integritate, summaque modestia præditus, in qua usq; ad extremam senectā perseverauit nemini grauis,

omnibus gratus. Migravit tandem ex hac vita felicior Tiguri anno 1555. Scripsit Grammaticam Hebraicam. Congessit Dictionarium Hebraicū, adiiciens Methodicam proficiendi in ea lingua rationem, quam postea Grøenningerus Argentorati vñā cum Margarita Philosophica scripsit argumēta librorum D. Augustini Hebraicas voices D. Hieronymi operibus, ut Capnion Græcas adiecit. Psalterium Hebraicum, cum interpretatione Latina, quæ Græcis eorumque versioni opponuntur, posuit in editione operum D. Hieronymi prima ac secūda, cum indice in editionem secundam. In opera Cypriani, Tertulliani aliorumque permultorum Theologorum libros elenchos condidit. In omnes veteris Testamenti libros cōmentaria, in partitiones quinque distinta. Indicem Bibliorum. Scripsit collectaneorū in euangelia Matthæi, Ioannis, Marci & Lucæ duos libros. Annotationes in omnes Paulinas & Apostolorum allorum epistolas. In Apocalypsin scripsit Germanicam Interpretationem, quæ Erasmi Roterodami Paraphrasib. germanicis coronis vice accessit. Psalterium ad Hebraicā veritatem trāstulit, & breuibus scholiis illustravit.

Transtu-

Transtulit in Latinum sermonem Syriacas Onkeli, Ionatæ & aliorum Iudæorum interpretationes omnes, præterea quæ iam prius translata erât, in opere Francisci Cardinalis Caietani, & in opere Augustini Justiniani in Psalmos olim excuso. Transtulit præterea ex Hebraicis Rabbinorū plurimum commentaria ad literam, nempe Rabi Davidis Kimhi in Genesim, Iosue, Iudicum, Samuelis, Regum, Iсаiam, Iеремiam, Ezechielem, 12. prophetas minores, & totum Psalteriū. item totum Rabi Abrahām Aben Ezra in 14. libros Canonicos, iuxta editionem secundā Danielis Bombergi. Deniq; Rabi Salomonē, Iarchi Gallum, similiter in omnes Canonicos. Similiter Rabi Leui ben Gerson in parabolas Salomonis & Danielē, plurimaq; in Iosue, Iudicum & Samuelis, &c. Item in Rabi Mosen Gerundensem in librum Iob. Rabi Abraham Prizol in Iob vsq; ad vigesimum caput. Commentarium quoq; in parabolas Salomonis appellatum Kabunki. Rabi Simeonem in verba dicrum, insertum Rabi Salomoni Gallo, in editione prima Bombergi. Transtulit ordinariam glossam in totum Pentateuchum dictum Bresith Rabba, multæ authoritatis apud Iudæos.


Fasciculum myrrhæ in totū Mosen. Rabi Abraham Hispani. Item Capitula vel Pirke Rabi Eliezer filij Hircani Magni, continentia Theologiam Iudaicam vetustam, authorem à Rabinis iunioribus crebro allegatum. Gesta regum Israel tempore templi secundi, vsq; ad ultimam Iudeorum captiuitatem sub Adriano Principe. Thalmudica quoq; reddidit Latinis, prologum & introductionem Rabi Mosis bar Maymon, quem Rambam Iudæi vocant. Eiusdem quoq; Thalmudicos libros, nempe inscriptos de doctrina Capitulorum 10. scientiarū traditio cap. 7. Doctrina legis cap. 7. De Idololatria cap. 12. de Sanhedrin cap. 26. De regibus & bellis capitulorū 12. & alia quædam. Ex Thalmud Babylonicō transtulit Massechet berochet cum Gamara in prima duo capita. Item Massechet Schabbas Babylonicum cap. 24. Massechet quoq; Sanhedrion cum Gamara in duo prima capita. Ex Thalmud Hierosolymitanō caput memorabile. Helec ex Babylonicō Thalmud. Et Massechet Suta, prologum quoq; Rambam in 14. libros suos Thalmudicos. Grammaticalia vertit Latinis Michol Rabi Dauidis Kimhi. Et Rabi Mosis punctatoris. Mafforat integra.

tegra R. Eliæ Leuite Germani & plæraq; alia. Hūc autem laborem pius senex non ideo suscepit, vt Christianos studiosos ad dogmata Iudaica peruersitatis perquirenda alliceret, quibus Thalmudici isti Libri, quos Cabalisticos vocant, & traditione patrū refertissimi sunt, & post Christi Domini & Apostolorum tempora inspirata à spiritu erroris, peruersissimis Rabinis & pertinacissimis hostibus Christi Domini nostri, sed vt appareat quanta cęcitas contigerit in Israel post negatam veritatem coram Pilato. Vt tandem vel ferō nimis, confundantur infelices, & reuertantur ad Canonicos ytriusq; Testamēti libros, & vt commendentur isti viri docti, qui nunc & olim iudicarunt sanctū & vtile, vt nihil tale extaret alicubi etiam apud Iudeos, thalmudicorum errorum & fabularum mōstra, quibus à Canonicis & sacris abstrahuntur, & in miseria miseranda retinētur. De quibus forsā proprio volumine quisqua aliquando quid factu opus, conscribet. Multis annis post eius obitum denuo excusi sunt eius commentarij in libros veteris Testamenti, nempe in quinq; libros Moysis; his accessit narratio de ortu, vita, & obitu eiusdem opera Ludouici Lauateri

teri Tigurini. Eiusdem cōmentarij in libros Historicos puta Iosue, Iudicum, Ruth, Samuelis, Esdræ, Nehemiæ & Esther. Commentarij in Job, Psalteriū, Proverbia, Ecclesiasten, & Cantica Salomonis. In Prophetas maiores & minores, vt vulgo vocant commentarij. Commentarij in libros Apocryphos, vel potius Ecclesiasticos, puta Tobiam, Judith, Baruch, Sapientiæ, Ecclesiastici, Esdræ duos, Machabæorū duos, & in fragmenta Danielis & Esther. Commentarij in quatuor Evangelistas, item in Acta Apostolorū, & hæc quidem omnia Tiguri per Christoph. Froschouerū. Eum P. candidus ornauit elogio tali:

*Qui superum quondam cœlesti ex athere lingua
Affatus sanctos est pater ipse Patres.
Exactum callens hanc Pellicanus ad unguem,
Cumq; Deo potuit cum superisq; loqui.
Macte vir ingenio te sacri interprete libri
Sunt facti illustres iam magis atq; magis.*









*LUDOVICVS LAVATERVS
Tigurinus, Theologus.*

 **I**GVRVM est Lauatero patria, est ea ciuitas in Heluetiis famosissima. Fuit autem Lauaterus in patriâ Ecclesiæ & Scholæ minister fidelis, quam & voce viua & manu docta erudiuit: protulit in publicum multas tum suas, tum aliorum lucubrations præfertim in Theologia, inter quas controuersiæ Sacramentariæ Historia præcipua est. Tandem obiit Tiguri anno 1586. Is Henrici Bullingeri socii sui sermones duos de cœna Domini transtulit in Latinam linguam. Procopij commentaria Græca in libros Regum 1.2.& 4. item in primum Paralipomenō Latinitati donauit, cum reliquis Procopij commentariis excusa. Scripsit de ritibus & institutis Ecclesiæ Tigurinæ libellū. Historiam de origine & progressu controuersiæ sacramentariæ de cœna Domini ab anno 1524. usque ad annum 1563. deductam Latine: quæ hi-
Hh 2 storia

istoria locupletior prodiit Germanice Io. Stumpfio interprete. De spectris, Lemuribus, & magnis atque insolitis fragoribus, variisque præfigitationibus quæ plæruntq; obitum hominum magnas clades, mutationesq; imperiorū præcedunt liber Germanicus & Latinus: idem liber conuersus est in linguam quoque Gallicam & Italicam. Cometarum Catalogum; de Pestilentia conciones duas, in quibus ostenditur vnde sit pestis & quare immittatur, item quo pacto se gerere debant, qui illo morbo corripiuntur, Germanice accessit Cypriani sermo de Mortalitate vel peste in linguam Germanicam ab eodem conuersus. Scripsit de Caritate annonæ & fame conciones, quæ & Germanice editæ sunt, & in Latinam linguam conuerse, & commentariis in Ezechielem insertæ; sed ordine aliquantum mutato. Commentarios in proverbia Salomonis. Commentarios in librum Iosue. Homelias siue commentarios in Ezechielem Prophetam. In primum & secundum librum Paralipomenon commentaria additis tabulis genealogiarū. Henrici Bullingeri Homelias in Apocalypsin in linguā Germanicam conuertit. Item tractatum Bullingeri su-

per

per hæc verba 14. capite Ioan. in domo patris mei mansiones multæ sunt, &c. Scripsit adhæc concessionem de fide Iobi Germanice. aliam de patientia ex 5. cap. Epistolæ Iacobi. Vitam Henrici Bullingeri Germanice euulgauit, cui addita est refutatio Iosiac Simleri calumniarum Iacobi Andreæ contra responcionem ministrorum Ecclesiæ Tigurinæ editorum à Lauatero cōuersa in linguam Germanicam. Explicationem in octo postrema capita commentariis Petri Martyris in Genesim additam. Eiusdem in Iobum 14 i. Homeliæ Germanicæ publice extant. Apologiam ministrorum Ecclesiæ Tigurinæ contra Jacobum Smidlinum ex Latina in Germanicam linguam cōuertit. Vitam Conradi Pellicani edidit. Librum Ruth, 28. Homeliis exposuit Latine, quæ in linguam Italianam versæ sunt à Ioanne Martio. Librum Esther 47. Homeliis exposuit Germanice, &c.







RVDOLPHVS GVALTHERVS,
Poeta, & Theologus, pater & filius.

NASCITVR Rodulphus hic Gualtherus Tiguri Heluetiorum vrbe primariâ, anno 1518. Is animum suum egregiâ scientiâ tum diuinarum tum humanarum literarum exornauit, pariter Poëta & Orator præstans. Pastor idem & Antistes Ecclesiæ Tigurinæ celebris, quam ipse annis amplius 40. concionando diligenter erudiit & laudabiliter administrauit. Claruit lucubrationibus in omni genere doctrinæ ac præsertim in Theologia propemodum innumeris ad posteros transmis- sis, quod vel Homeliæ eius in libros fere omnes Propheticos & Apostolicos, Euangelicosque ab- unde testatum faciunt. Vir morum grauitate, vi- tæq; sanctimoniam reuerendus. Obiit tandem Ti- guri anno Christiano 1586. annum agens vitæ septuagesimum tertium. Scripsit in secundam & tertiam Ciceronis de lege Agraria contra Rul- lum

lum orationem, & in Verrinas annotationes sub nomine Eubuli Dinateri, cum aliis diuersorum annotationibus in omnes Ciceronis orationes editas. Iulij Pollucis Onomasticon latinitate donauit. Monomachiam Dauidis & Goliæ, & Allegoricam eiusdem expositionē heroico carmine descriptis, quæ cum Epicediis Eobani Hessi, Henrici Lauateri, Nicolai Patrichij Angli, Fiderichi Pistorij Nidani prodierūt. Prodierunt item Apotheosis Simonis Grynæi versibus elegis. Epicedium in mortem Margaritæ Blaueræ ad Ambrosium & Thomam Blauereos fratres. Epicedia plura in variorum clarissimorum virorum obitus, ut Petri Martyris, Bullingeri, Parckhursti Episcopi Nordouicensis in Anglia. Simleri generi, Gualtheri filij & aliorū. Varia item carmina venusta & erudita ad Ioannem Frisium Tigurinū. De ratione Syllabarum & carminis, libri duo. de Germanicæ nobilitatis studiis Elegia. Argumenta omnium tam veteris quam noui Testamenti capitum elegiaco carmine conscripta. Ioannis Cantacuzeni Constantinopolitani Regis contra Mahometicam fidem apologias quatuor, & orationes totidem è Græco in Latinum transtulit.

Eiusdem

Eiusdem extat collatio noui Testamenti ad Græcam veritatem. Huldrici Zwingli libros circiter 34. è Germanico in Latinum sermonem transtulit ad catholicam Ecclesiam, omnemq; fidelium posteritatem pro Hulricho Zwinglio, & operū eiusdem editione Apologiam edidit. Orthodoxa fidei cōfessio per Tigurinæ Ecclesiæ ministros contra Lutheri calumnias & conuitia Germanice scripta, & eodem interprete latinitate donata est. Scripsit Homelias quinq; de nouissimis temporibus & Antichristo, in locū Matthæi 24. Germanice & Latine. item in Ioānis Apostoli & Evangelistæ Epistolam canonicam Homelias 37. & in eiusdē Apostoli duas posteriores epistolas Homeliarum syluam. Quæ omnia etiam in Germanicam linguam transtulit. Orationem de officio ministri Ecclesiastici: Homelias aliquot Germanicas, nempe in canticum Zachariæ Homelias duas. De nativitate Domini nostri Iesu Christi, Homelias tres. De pueritia & educatione Domini nostri Iesu Christi Homelias duas. De seruitute peccati & libertate fidelium Homelias è sexto capite Epistolæ D. Pauli ad Romanos. De origine, præstantia, dignitate seu auctoritate sacræ Scripturæ

pturæ ex 15. capite epistolæ ad Romanos. De ad-
uentu Domini nostri Iesu Christi, & quomodo
nos ad eum preparare debeamus ex quarto capi-
te Epistolæ D. Petri. Ex Psalmo 123. qui in actione
cœnæ Domini in Ecclesia Tigurina recitatur.
Theodoreti de prouidentia sermones 10. latini-
tate donauit. Nabal comœdiam sacram fecit ex
1. Samuelis 25. Scripsit Homelias tres de ascensio-
ne Domini nostri Iesu Christi, & missione Spir-
itus sancti. Speculum Christianorum siue Ho-
melias duas de Christiani hominis nomine &
officio. Præterea scripsit Homeliam de circum-
cisione. In orationem Dominicam homelias 10.
De Constantia & perseuerantia in fide, ex primo
Ioannis 2. In passionis Dominicæ historiam Ho-
melias duas. De resurrectione Christi, item de
nostrorum corporum resurrectione, & paschate
Christianorum Homelias tres. De afflictionibus
fidelium & eorundem consolatione, ex 2. Corin-
thior. i. homeliam i. Homeliam in testimonium
Ioānis Baptistæ de Christo. Homeliæ istæ omnes
Germanice editæ sunt. Præterea de incarnatione
filij D E I scripsit homelias sex, Latine & Germa-
nice editas. Transtulit Psalterium in Germani-
cam

cam linguam additis argumentis & annotatio-
nibus. Postremo sequentes libros sacros per Ho-
melias integras explicauit. Duodecim prophetas
minores: Euangeliū S. Marci, Euangeliū Lu-
cæ, Euangeliū S. Ioannis. Acta Apostolorum.
Epistolam diui Pauli ad Romanos. Eiusdem v-
tranque epistolam ad Corinthios. Homelias fe-
cit in Epistolam ad Galatas, & in Euangeliū
Matthæi. Homelias 61. in diui Pauli Apostoli E-
pistolam ad Galatas, cum præfatione ad Scotiæ
Regem, Iacobum v 1. de officio Regum & Prin-
cipum in constituenda Ecclesia. Homeliarum in
D. Matthæi Euangeliū, pars prima & secunda
publice prodicunt. Scripsit etiam de tentationi-
bus conciones 9. Germanicas, in locum de ten-
tatione Domini nostri Iesu Christi. Item de vero
pane vitæ nostro Domino Iesu Christo, & quo-
modo manducetur. Homilias 10. in 6. cap. Ioannis
Germanicæ. Adhæc Latino stylo euulgauit
in Esaiam Prophetam sermones 327. quos verma-
cula lingua habuit ad populum Tigurinū cum
præfatione ad Clariss. virum Michaëlem Saile-
rum, de Scholarū antiquissimo vſu, & laude fun-
datorum. Denique eiusdem extat in Pentateu-

chum Mosis translatio Germanica, cum singu-
lorum librorum & capitum argumentis, dispo-
sitionibus, explicationibus perspicuis, & in copia
breuissimis: indicioque locorum communium
in lectione sacra obseruandorum.

RUDOLPHVS GVALTHE-
RVS FILIVS.

Rudolphus Gualtherus filius ingenio & ore
parentem referens, Ecclesiæ Tigurinæ minister
ad D. Petrum magna cum omnium admiratio-
ne docere & scribere incipiens, non multo post
anno 1577. ætatis suæ 25. immatura morte sub-
latus est, qui quantum sui desiderium apud o-
mnium ordinum homines reliquerit, vniuersa
ciuitas, summa frequētia eius funus prosequen-
do testificata est. Extat eius elegia de militia Chri-
stianorum in his terris aduersus Satanā, carnem
& mundum, militantium. Epitaphium Gr̄cum
in Bullingeri obitum: Epicedium in obitum D.
Ioannis Parkursti Episcopi Noruiensis in Anglia,
item carmen de Tigurinorum nauigatione Ti-
guro Argentoratum vsq; uno die cōfecta, quod
Argos

Argos Heluetia inscripsit. Extant eiusdem carmina in imagines Doctorū nostri seculi virorum. Cum peregre ageret varia epigrammata & epitaphia lusit.





Quandoquidem Iude profiteris sacra Leonis
Ere tam. vera quin age nomen habes

Nasc.
A.D.
Obiit Tiguri.
A.D. 1543.

*LEO JUDÆ,
Theologus.*

LEo IUDÆ inter Tigurinę Ecclesię Pastores & ministros non posstremus annos xix. & amplius, Veteris Testamēti libros Hebraicos simplici & pura dictione è sacra Hebreorū lingua in Latinam & Hebraicam trāstulit fide & religione summa; tandem verò Tiguri obiit iam senex, oppressus mole grandis huius operis, anno Christi 1543. Eddidit tamen annotationes in Genesin & Exodū, item in quatuor Euangelistas, Historiam passionis Dominicæ, ac in Epistolas Pauli ad Rom. Corinth. Philip. Coloff. Thessal. & in Iacobi Epistolam, quas ex ore Hulrichi Zwinglij exceptit. Præterea opus articulorum siue conclusionum Hul. Zwinglij è Germanico Latinum reddidit: quod cum reliquis Zwinglij operibus habetur: Catechismum maiorem & minorē Germanice scripsit, distributam in vices interrogandi ac respondendi.

dendi, Veteris Testamenti libros Hebraicos simplici & pura dictione è sacra Hebreorum lingua, consultis simul orthodoxis interpretibus, in Latinam transtulit fide & religione summa. Passim autem per tota Biblia annotationes & variæ lectiones marginibus adiiciuntur. Historiam passionis Domini nostri ex quatuor Euāgelistis coniunctam clara & simplici expositione Germanice scripsit. Desiderij Erasmi Paraphrases in nouū Testamentum in Germanicum sermonem verit, adiecta declaratione in Apocalypsin Ioannis per D. Conradum Pellicanum. Antea quoq; tota Biblia Germanice reddiderat, ad Hebraicam veritatem cum Hebræo quodam diligenter collatam. Scripsit Germanice de sepultura, resurrectione & ascensione Christi, & missione Spiritus sancti: Zwingli antibolen contra Emserum de vera & falsa religione, de prudentia, ad Christianum regem, in Germanicam linguam conuertit. Bullingeri librum contra Anabaptistas latinitate donauit.



ANNO 17

257



Kk



Sex et viginti Christum docet impiger annos.
Primus & insolitus Zellius instat iter.



MATTHIAS ZELLIVS

Cæsarisbergensis.

MATTHIAS ZELLIVS Cæsarisbergensis, Argentinensis Ecclesiæ pastor, in Alsatia natus est, anno 1477. post Philosophici Magistri gradū in Academiâ cum laude adeptum, literis diuinis impēse deditus fuit. Primum Parochus & sacerdos in æde D. Laurentij est factus Argentinæ, anno 1522. postea illustratus coelestilumine cœlestis veritatis, primus Antichristianæ doctrinæ palâ aduersatus est. profligatisq; ex Ecclesia superstitionib. Bucerum, & Hedionē fideles habuit adiutores. docuit autem annis circiter 26. in vrbe, sanctam Euangeliј doctrinam puram putā seminans; homo nō doctrina tantū, sed etiā Christianis virtutibus, ac præsertim modestiâ, tēperantiâ & charitate in pauperes insignis; tandem obiit placide in Christo 9. Ian: die, anno vitæ 71. Christi 1548. Huius legitur tale Epitaphiū, sed autore anonymo:

Kk 2 Exegit

Exegit decies septenos Zelliū annos

Triginta in summa hic Parrochus adest fuit.

Quinque Euangelium docuit per lustra renatum.

Hostis hypocriseos pontificumque grauis.

Censor erat scelerum vchemēs, quaque ore professus

Expressit vita, pauperum ubique pater.

Lingua loquebatur, qua corde animoque sedebant,

Nec quicquam inflata mente superbus erat.

Omnium obit tandem luctu (mirabile dictu.)

Dum sedet & sanctas fundit ad astra preces.

Est & elegans Ioannis Sapidi carmen funebre
in eundem,

Hoc Matthias iacet sepulcro Zelliū,

Qui Christiani functus officio sacro,

Praconis apud Argentoratum, plus minus

Annis vigintisex, eā simul fide,

Eā simulque diligentia, ut opere

Sat gerit prestare quoque, quæ docuerat.

Hinc eius in demortui funus dolens

Et mœsta prodiit fere omnis ciuitas.

fs frui-

*Is fruitur illa nunc beatitudine,
Ad quam suum gregem vocavit sedulò.
Optabilis mors, quæ bene morientibus
Finis sui, & eternaqꝝ vita exordium est.*







*SIMON SVLCERVS,
Theologus.*

BERNÆ Heluetiorum vrbe celebri, natus fuit Simon Sulcerus, an. 1508. vir egregie peritus trium linguarum, & diuinarum pariter atque humanarū artium. Is summos studiorum honores consecutus est in Philosophiâ & Theologiâ. Posteaquam Bernæ publicæ functioni Ecclesiæ præfuisse, factus est deinde verus vigilansq; antistes & Doctor Academiæ & Ecclesiæ Basiliensis, cui nutricia sua liberali animo reperdit per annos 33. utraque manu vineam Domini sui excolens. ipse scholam Theologicam, ibidem erexit atq; rexit, fida docendi assiduitate suspiciendus, vite sanctimoniam etiam probis imitandus. Vixit annis 77. obiit anno 1585. die 22.Iunij. In nomen Sulceri eleganter lusit Carolus Vtenhouius hoc Epigr.

*Qui pia sincere populum mysteria Christi
Ex Euangelicis fontibus hausta doces:
Numi-*

*Numinis & cultor qui sincerissimus idem,
Acer ad obsequium cerneris ire DEI.*

*Omen ab obsequio nomenq; Simonis adeptus,
Postmodo sincerus non mihi Sulcer eris.*

*Fallor an & medicas anima curare per artes
Ulcer Sulcero pulcher Apollo dedit.*

*An quia Sal terræ vos Christus & ipse vocauit,
Diceris & puri lucida mica salis?*

*Quem sale non parco Christus donauit Jesus,
Quo sine nil sapiunt omnia nostra sale.*

Nec minus elegans est imo longe elegantissimum eidem scriptum Epitaphium per Calamnum Poëtam, dum canit:

*Sulcerus cubat hic qui mitis, acerbus & idem,
Munus ferebat mysticum.*

*Nam sal erat terræ, salsis & pectora dictis
Prohibebat à putredine.*

*Et sale condibat mortalis vulnera carnis
Ne labe fæterent sua.*

*At licet à populo vermes diuina docendo
Prohibeat ac putredines:*

7ps

Ipse tamen letho victus putrescit in urna

Et ciuis Escaverium.

Sed sale doctrina, famaque superstite viuit,

Ac mente cælos incolens.

De cinere expectat rediuiuos corporis artus,

Quod luce vincat sydera.

Acta synodi Bernensis è Germanico sermone
in Latinum transtulit. Collegit ex vtriusque lin-
guę sacrī ac prophaniis authoribus locorū com-
munium thesaurum, quem tanto studio & arti-
ficio in certas arculas disposuit, vt de quacunque
re sit dicendum, amplissima in promptu sit ma-
teria.







BERTHOLDVS HALLERVS,
Theologus.

BECHTHOLDVS HALLERVS natione fuit Heluetius, natus anno 1492. Vir summi ingenij magnæq; industriae fuit. Præter cæteras autem Germaniæ Academias Coloniæ Agrippinæ, studiis in primis deditus fuit, vbi in Theologia primâ laureolâ donatur: post in patriâ reuersus, Bernæ prium canonicus, deinde etiam concionatore electus est. Bis colloquium habuit Badenis de religione, cum doctoribus Pontificiis Eccio & Colladio. Primus suasor & persuasor fuit Euangelicæ doctrinæ in patria suâ amplectandæ, in quo negotio Hulrichum Zwinglium simul collegam habuit. Republicâ tandem Christianâ constitutâ magno sui desiderio omnibus reliquo obiit morte præmaturâ, anno ætatis 44. partæ salutis 1536.







CASPAR SCHVVENCKFEL-
dius, Eques.

 ASPARVS SCHVVENCKFELDIUS ab Ossing, Eques nobilis Silesius, is cum fidei propagandæ veluti numine diuinitus destinatum censeret, Eutychetis errores renouās singulare dogma arripuit, vnde pro sacro Verbi diuini ministerio enthusiasmū, ac nefcio quem diuinum motum somniauit. Dogma eius longè lateq; deinde disseminatū in Germania, multos passim ex equestrī & plebeio ordine sectatores habuit. Cætero-quin corporis dignitate ac vitæ sanctimonia vir grauis, & venerabilis. Scripsit de religione supra octuaginta libros Germanice. tandem obiit senex in Suevia, mense Decembri anno 1561. scripta eius hæc sunt. Confessio & ratio præcipuorum capitum Christianæ fidei. Ratio vocationis suæ ac doctrinæ. Epistola de fide, & agnitione sancte trinitatis. Exhortatio ad veram & saluificam Chri-

sti agnitionem. Confessio & expositio agnitionis Christi & diuinæ eius maiestatis tribus partibus constans. De Euangelio & eius abusu. De peccato & gratia. Adamo & Christo. Epistola de iustificatione hominis peccatoris. Dediuina filiatione & gloria integri filij DEI Iesu Christi. Testimonia ex nouo Testamento, de diuina maiestate IESV CHRISTI & carne eius. Epistola de saluifica agnitione Christi, de duabus in ipso naturis, & præcipue de gloria carnis Christi. Summariū de dupli statu, officio & agnitione Christi secundum carnem, & secundum spiritū. Tres Epistolæ de agnitione Christi, tam in Cruce, quam in Maiestate. De æterna DEI substantia, & quantum à creata substâlia creaturarum differat. Catechismus de verbo crucis, & de discrimine verbi spiritus, & literæ. Theologia Germanica. de tripli vita hominis, & quænam sit vera Christiana vita. De pugna Christianorum. Summarium de Christiano certamine & de conscientia. De coelesti medicina Christi veri medici, ad salutem æternam, miseri perditique hominis. De Christiano homine, illius natura & origine. De remissione peccatorum. De libertate fidei, Christianæ doctrinæ,

ctrinæ, iudicij & conscientię. Breuis confessio de Christo filio D E I, & sacramēto corporis & sanguinis Christi , addita protestatione contra omnes errores. Editum est eiusdem Epistolarum volumē primum, vt inscriptio habet. Separatim præterea multa illius edita sunt, vt de cursu verbi D E I Epistola. De cœna Domini breue opusculum. De Ecclesia propositiones. Responsio contra Vadiani librū. Explicationes in Psalmos quosdam, & alia plurima. Eiusdem Apologia de vero & falso intellectu vnā cum causis defectionis in articulo de Sacramento corporis & sanguinis Christi contra Iohannem Fabri in 4. Germanice. Huius eloquium cecinit

PANTALEON CANDIDVS.

*Jpsō ex ore DEI, non verbi ex ore ministri,
Dogmata, Schvvenckfeldi, vis petere ipse tua.
Sunt sua danda DEO, sunt & sua dāda ministris:
Nempetrahit verbo corda mouente DEVIS.*

NICOLAVS REVSNERVS.

*Unum agis hoc, ut salua Dei sit gloria, quicquam
Nec virtus hominum vindicet inde sibi.*

Ergo

Ergo doces saltem correptos numine dio,

Quæ sunt, posse sacra mente videre, DEI:

Posse ministerium nihil hic venerabile verbi

Falleris hic animi Gaspar; at unde, rogas?

Nempe ministerium verbi cœlestè per ipsum,

Quicquid agit, DEVS hoc omne benignus agit.

Mortua non est sancta DEI vox, littera vita

Vita, biceps gladius, malleus, ignis edax.

Quam penes est \mathfrak{G} vis, \mathfrak{G} spes, \mathfrak{G} norma salutis,

Calitus hoc ipso sic moderante DEO.

Qui spernit verbum Domini verbiq^m ministros:

Spernit is in cœlis, qui dedit ista, DEVUM

Amplius haud manet ergo DEI sic gloria salua:

Fide DEO, vero corde, beatus eris.



ZL

273



Mm





HADRIANVS JVNIVS, HOR-
nanus, Medicus, Philologus & Poeta.

E HADRIANO IVNIO Hor-
 nano Medico, viro absolutę eru-
 ditionis præclare cecinit Arrias
 Montanus hisce versibus:

Mouerat inuidiam locus inui-
dus, & tibi nomen,

Juni, alias notum sed minus usque tuo.

Inuidiam vincis tota probitate, fideque,

Perge, bona & studia, id quod facis, usq; iuua.


Cuius elogij testimonia sanè locupletissima no-
 bis perhibent, tot ab ipso elaborata monumen-
 ta nunquā interitura: is enim Cassij Iatrosophi-
 stę medicas questiones ē Grēcis Latinas fecit, im-
 pressas cum Græci exemplaris castigationibus in
 fine adiectis; Idem Lexico Græco adiecit voca-
 bula supra 6500. in editione Basileæ edita, cum
 præfatione ad Edoardum vi. Angliæ Regem: mi-
 nore editio eadē habet quæ maior, nisi quod quæ-

Mm 2 dam



dam copiosius in maiore explicata, & testimoniis autorum confirmata omittit. Præterea scripsit de anno & mensibus commentarium, cui adiungitur Fastorum liber, quo quicquid peculiarter apud Græcos, Hebræos, Romanos, alrasque exoticas nationes memorabile quolibet die actum fuerit & obseruatum, compendio monstratur. Item, Calendarium in quo totius anni dies articulatim ad calculū vocati, atq; idem Latinis haud Barbaris sententiis, cuilibet anni tempori congruis. Edita sunt hæc quoque eiusdem scripta: Animaduersionū libri sex, in quibus infiniti pene authorum loci corriguntur & declarantur. Item de Cœna commentarius. Nomenclator omnium rerum propria nomina variis linguis explicata indicans. Emblemata ad D. Arnoldum Cobelium. Ænigmatum libellus ad D. Arnoldum Rosenbergum. Anastaurosis, siue Passio Seruatoris nostri I E S V C H R I S T I Iambis conscripta. Nonium Marcellum de proprietate sermonis ope veterum codicum innumeris in locis restituit, multis locupletauit. Fulgentij Placiadæ libellum de prisco sermone repurgauit. Recognouit quoq; Rauisij Textoris epitomen Epithetorum.

thetorum. Eunapium de vitis Sophistarum in Latinam linguam conuertit. Ex magnis illis Eu-stathij commentariis in Homerum , vtilissima quæq; in vnum volumen collegit, quod Cornu copiæ inscrispit. Hesichij librum, de his qui eru-ditionis fama claruerunt in linguam Latinam transtulit.







*GVILIELMVS XYLANDER,
Philosophus.*


 VILHELMVS XYLANDER natus fuit Augustæ Vindelicorum, anno 1530. egregie utriusq; linguae cognitione ~~instritus~~, variaq; ac multiplice eruditione instructus, Magister optimarum artium Basileæ designatus est. Fuit deinde Heidelbergæ Græcarum literarū professor fidelis pariter & diligens. Vnde præclaram nominis famam & immortalem adeptus gloriam, tum ex aliis scriptis Philologis & Historicis, tum ex optimis auctoribus, præsertim Græcis partim recognitis, partim in Latinum sermonem conuersis. Fatis tandem naturæq; concessit præmatura morte, anno 1585. sepultusq; fuit Heidelbergæ. Tryphiodorum Latinis Hexametris ita reddidit, vt versus versui respōdeat, id opus iuuenis adhuc circiter 16. annos natus in Schola Augustana fecit. Verum idem opusculum denuo heroico carmine vertit, annotationibus

tationibus additis, quibus pleraq; loco corrupta
restituuntur multa explicatur, sed ea versio non
est edita, Pselli de quatuor disciplinis Mathema-
ticis opusculum, Latinum fecit, adiectis annota-
tionibus, & carmine de Philosophia. Dionis Hi-
storiam Romanam cum annotationibus. Plu-
tarchi Parallelæ seu Vitas annotationibus additis,
Plutarchi de Homero & audiendis Poëtis libel-
los, quos etiam annotationibus locupletibus ex-
plicauit. Cedreni Historiā ab origine mundi usq;
ad annum 1200. Marci Antonini Imperatoris li-
bros duodecim de se ipso, additis aliis libellis; An-
tonij Liberalis transformationū congerie, Phle-
gontis fragmēto de Olympiadib. & de admiran-
dis & longæuis. Antigoni historiis mirabilibus.
Euripidem Latinum Philippi Melanchthonis, id
est, ex eius lectionib. negligentissime exceptum
correxit, addita de suo, quærum deerat Hecuba.
Theocriti priora Idyllia correxit, additis suis in
reliqua annotationibus. Euclidis sex libros pri-
ores in linguam nostram Teutonicam translulit,
typisq; & cōmentariis illustravit. Plutarchi Che-
ronei moralia de Græco in Latinam linguā tran-
scripsit. Strabonis rerum Geographicarū libros
septem-

septendecim recognouit, emēdauit, & Latinos fecit additis annotationib. Stephanum item de Vrbibus recognouit & trāstulit. Scripsit præterea Variarum Lectionum libros. Tabulas Græcæ Grammaticæ absolutissimas, Algebrā, Euclidea, Geometrica, Astronomica, varia. Ac sacros noui Testamenti libros ē Græca lingua in Germanicā accuratissime transtulit annotationibus adiunctis. Transtulit etiam Diaphanti libros Arithmeticos. Institutiones Aphoristicæ Logicas Aristotelis, rerum item Mathematicarum breui atque facili ordine ab eodem conscriptæ, editæ sunt in publicum. idem Polybij septendecim libros Historiæ Romanæ in Germanicam linguam transfult. Atq; hæc de Xylandro.







CASPARVS HEDIO, HISTORI-
cus, & Ecclesiæ Argent. Pastor.

NASCITVR Casparus Hedio Etlin-
ge in Germania, familiâ & paren-
tibus honestis, primò optimarū
artium studiis Friburgi, & dein-
de Basileæ eruditus fuit. Friburgi
quidē in Philosophiæ Magistrū;
at Basileę in Theologię Doctorem promouetur.
Deinceps verò vix dum renatā in Germania Eu-
angelij luce, Moguntinus Ecclesiastes constitui-
tur, anno 1520. postea veritatis luce illustratus di-
uinitūs, M. Zellio, & Martino Buccero, tunc pri-
mū Argentinæ verum instauratibus Christia-
nismum, adiutor & collega datus est, anno 1530.
Et summi Templi ibidem cōcionator per totos
annos 23. fidelis pariter ac diligētissimus fuit. Tan-
dem obiit in Christo feliciter, magno sui deside-
rio cunctis relicto 17. Octobris, anno 1552. Scri-
psit historicam Synopsin, qua M. Antonij Coc-
cij Sabellici institutū prosequitur, ab anno 1504.

Nn 2 quo

quò pertigit Sabellitus usq; ad annum 1538. impressam cum Sabellici operib. idem Chronicon abbatis Vrspurgensis magna diligentia recognouit, & ab innumeris mendis repurgauit. Adiecit etiam paralipomena rerum memorabilium ab anno 1230. ad annum 1537. Smaragdi Abbatis commentarios in Euangelia & Epistolas per totum annum ex patribus collectos, ex scriptis exemplaribus restituit, adiecta Epitome super Euangelia & Epistolas utili omnibus qui methodice docere cupiunt simplicem & Christianū auditorē. Scripsit Chronicon Germanicā linguā, & ex Latina lingua in Germanicū translulit Historias, Ecclesiasticā, Eusebij, Egesippi, Iosephi: Chronicon Abbatis Vrspurgentis. Cuspiniani Cæsares, Chrysostomi Homelias in Matthæum & Ioannem. Augustini quædam opuscula. Ambrosij libros officiorum: Smaragdi abbatis Postillam. Historiam Ecclesiasticā Germanice continuauit ad nostra usq; tempora. Præterea in Germanicam linguam conuertit Demogorias OECOLAMPADIJ in Epistolam Ioannis. Ludouici VIUIS libellum de Eleemosyna. Philippi Cominai Historias. Erasmi Roterodami libellum de præ-

paratione ad mortem. Smaragdi commentarios in Euangelia & Epistolas per totum annum, ex veteribus patribus collectos. Hermanni Bodii vniō nem dissidentium. Martini Lutheri commentarios in Psalmos graduum. Scripsit sermonem de decimis Moguntiæ habitum. Nicolai Reusneri V. Clarissimi & doctissimi carmen in eundem tale legitur:

*Seu vis Historicus fidei seu doctor haberi,
Magne Hedio, rectè nomen utrumq; geris:
Te fidei sanctæ vocat Argentina fidelem
Mysten, & vocem laudat amatq; tuam:
Te legit Historicum Germania tota fidelem;
Cum legit, Historiam, laudat amatq; tuam.
Mortuus ut sis ergo; superstes viuis in orbe,
In doctis, hæres atheris ipse, libris.*





*SIMON GRYNÆUS, PHI-
losophus & Theologus Basiliensis.*

TOANNIS Sapidi Iambos doctissimos de Simone Grynæo præmittere libet notationi vite eius, sunt autem hi:

Quaris Simon Grynaeus ille quis fuit?

Attende, dicam; magnus ille vir fuit:
 Decreta Grammatices nihil nouit minius,
 Quam Priscianus: tam prope eloquentia
 Ciceroniana accessit, ut nemo propius:
 Chrysippon ex aquauit in Dialecticis:
 Non hoc fopas melius increpuit lyram:
 Numeri scientia τὸν αὐτὸν rettulit:
 Talis Geometra, qualis Architas fuit:
 Cognitionem habuit ut Atlas siderum:
 De moribus consimili Aristoteli modo
 Differuit, & sapientiam cœlestium:

Non

Non Plinio Physice priores detulit:
 Non cessit Hippocrati medendi indagine:
 Fuit alter Aurelius sacris in literis
 Jam quid sacra non attigit Poeseos?
 Quid est relatu dignum in Historiis nouis
 Et veteribus simulq; miscellaneis
 In lucubrationibus, quod nesciit?
 Linguis Palæstina, Latina, & Atticâ
 Non aliter ac sermone plebeio usus est.
 Sed quid opus est multis, fuit plane Hippias:
 Aut alter: aut vel preferendus Hippia:
 Grex disciplinarum cui paruit omnium:
 Quem luget extinctum merito Cyclopædia
 Sui colit Grynæi quantumlum sacrum:
 Ut Apollini huius nominis suum, nemus.

Etsi verò nihil addi posset ad hoc Grynæi Encomium, nos tamen prosequemur nunc stylum nostrum: Fuit itaque Simon Grynæus Feringæ Sueuio oppido natus, anno 1493. In quo modestia & morum suauitas singularis, cum pietate & disciplinarum omnium exacta cognitione certauit: magni illius Melanchthonis in schola Portæ

tæ Herciniæ discipulus. Philosophiæ Magister Viennæ Austriæ nuncupatus, modis omnib. vir & laude memoria ob linguæ Latinæ, Græcæ & Hebraicæ peritiam, omnisq; Philosophiæ ad miraculum vsq; cognitionem; & ob Theologiæ veræ scientiam & ysum dignissimus sempiternâ. Quas ipse doctrinas passim Academiis Viennæ, VVitebergæ, Heidelbergæ, Basileæ multis annis publice priuatimque professus est. multis egregie Latinis & Græcis authoribus suo nitori & lumeni restitutis. Tandem sibi ipsi quidem satis longæuus, licet vigente adhuc ætate mortuus, vt pote cui nihil amplius quod disceret superesse videatur: Cæteris vero tempestiuè nimium ereptus, quos scilicet, quo plura didicerat, eò docere plura, vir iuuandis aliorum studiis natus, potuisset. Obiit autem Basileæ ex peste, Cal. Augusti, Anno 1541. ætatis 48. Transtulit ex Græcis Agesilai vitam in Parallelis Plutarchi. item aliud Plutarchi librum, qui inscribitur: Sitne rationis aliqua in bestiis vis, tūm vtra animantium plus huius habent, terrestriae an aquatica. item Aristotelis Elenchorum libros duos, qui cum cæteris Latinis operibus Aristotelis excusi sunt. Eiusdemque

OO de

de virtutib. libellum, adiecta exactiore quadam de virtutibus diuisione: item de mundo librum ad Alexandrum doctissimis commentariis illustravit. Annotationes in 8. librum Topicorum scripsit, adiecta tabula, qua continetur typus omnium præceptorum Aristotelicorum, quæ in 8. libro Topicorum interroganti & respondentidantur. Homelias Chrysostomi in primam ad Corinthios, quæ post vigesimum sunt usque ad 44. Latinas fecit. Extat eius etiam Epistola ad OEcolumpadium libro quarto Epistolarū OEcolumpadij & Zwinglij: item præfationes in Iulium Pollucem, in Absyrtum & reliquos authores Græcos Hippoiatros in Lexicon Græcolatinum. in Plutarchi vitas Latinas, in quo opere etiam integro multa restituit & locos aliquot declarauit. in easdem etiam Græce excusas: in Euclidis elementa Geometrica Græca præfatio, vbi de disciplinis Mathematicis egregie differit. in Cl. Ptolomæi magnę constructionis libros Græcos: in scriptores noui orbis: in Iustinum. Præfatiuncula in Hugonis Latimeri orationem de regni statu per Euangelium in Anglia reformādo. Opera Platonis à Marsilio Ficino versa, emendauit

uit & cum exemplaribus Græcis contulit adiecta præfati uncula. Scripsit etiam somnium ad clarissimum virum Iacobum Sturmium, carmine Heroico. Extant apud Hæredes eius nondum excusa commentaria in Epistolam Pauli ad Romanos: de cœna Domini liber: Opus Epistolarum: & alia quædam.







CONRADVS LYCOSTHENES,
Theologus, Philologus & Historicus.

